


S P E C V L V M

ORIENTALIS OCCIDENTALISQUE INDIAE NAVIGATIONVM,

*Quarum una Georgij à Spilbergen classis cum potestate Praefecti, altera Iacobi
le Maire auspicijs imperioque directæ, Annis 1614, 15, 16, 17, 18.*

410757

Exhibens Noui in mare Australe transitus, incognitarumque hæctenus terrarum ac gentium
inventione: prælia aliquot terra marique commissa, expugnationesq; vrbium: vna cum dua-
bus nouis utriusque Indiae Historijs, Catalogo munitiorum Hollandicarum, ducum & reliqui bellici
apparatus, Fretisque quatuor: suis quæque figuris ac imaginibus illustrata.



Lugduni Batauorum apud Nicolaum à Geelkercken. AN. MDCLXIX.

Ludovicvs: XVIY
Eruditione, moribus, juxta ac splendore generis ornatissimo viro,
D. P E T R O G R A E F,

410757

Offert Nicolaus à Geelkercken.



Rnatissime Domine. Cum Navigationis peritia, reliquas serè artes antecellat, si utilitatis emolu-
mentiq; quod adfert, rationem habeamus, tam in statuendis cum peregrinis gentibus firmandisq;
commercijs, quã ignotis hætenus Regionibus terrisq; detegendis, additum animo nostro calcar, ut
ne patiamur in tenebris eam delitescere, sed ad posterorum utilitatem juxta ac delectationem lit-
teris consignemus, unde tanquam in SPECVLO intueri valeant, quas majores sui terras periculosis
itineribus & molesta navigatione lustrarint. Neque verò existimandum est nihil hinc emolumenti hausuros
eos, quos penitior rerum cognitio supra vulgus extollit: sument aduersus Ptolemaum Strabonemque judicium,
num tabulæ altitudinesque ipsorum, cum hisce nostris, quas hodierna experientia certiores effecit, omnino consen-
tiant. Verum, ut mea quidem fert aliorumque doctorum opinio, ad veteres illos de his Regionibus nunquam
ulla cogitatio, nedum cognitio peruenit: quare tanquam novum prorsus, inventumque recens Orbem offero. De
quo tum nunc majestati imprimis habendæ gratiæ, tum verò etiam potentissimorum D. D. Ordinum Ge-
neralium nostrissimique Principis Mauritij à Nassauv, Principis Auricæ, &c. Domi-
norumque Consilij Indicis Societatis, industriæ, prudentiæ, auspicijsque accepta referenda, quæ inde ad publicam
utilitatem & commune bonum profluxerunt. Non deterruere eos innumera difficultates ac discrimina, qui-
bus abundant hæ navigationes; quemadmodum anno 1519 Ferdinandus Magellanus, & anno 1577 Fran-
ciscus Draco, 1587 Thomas Candisch, 1598 Iacomo Machu, exemplis suis satis superq; demonstrarunt: atq;
eodem ipso anno imprimis Oliverius à Noort, qui anno 1601 demum amissa classe, unâ tantum navi, ligneâ in-
fructas anchorâ, Rotterodamum rediit. Nihilominus tamen horum ac discriminum aliorum cogitatione.

A ij

seposi-

seposita, ingentibus animis instructa sex navium classe, ductu Georgij à Spilbergen novam expeditionem exorsit. Anno 1614 Augusto mense solvit à Patria classis, primumque ad S. Vincentium in Brasilia applicuit, deinde in Mayo, anno 1615, triginta quatuor dierum spatio vorax illud multorum hominum, plenumque discrimine Magellanicum fretum pertransiit: indeque lecto Chileio littore, transitisque Lamochâ, S. Mariâ, Conceptione, Valparisâ, & Quintero, usque cum summa admiratione lustratis, infesta Hispanicarum octo navium classi occurrens, die nocteque integra dimicando consumptis, egregiam profecto aeternaque dignam memoria victoriam reportavit. Quod Iter eius accuratè hic describitur, & tabellis aeneis Chartisque Geographicis exhibetur. Habes præterea Caliou de Lima, in qua ingentem Hispanicarum navium numerum reperit: Guarne Paytæque occupationem: Classis ad Aquapolco appulsum: Portus S. Iacobi, atque Selagues, ubi crudelis in littore pugna commissa, declarationem Portus Nativitatis, cum admirando piscium aviumque genere. Adhæc quomodo Occidentalis Indiæ Califurnicæque relicta ora, celerrimo cursu ad Lardones insulas accesserit, ubi præter plurimarum mirabilium rerum adspèctum, accepta mediocri recreatione ac comæatu, secundis ventis vela tendentibus, intermisso paucorum dierum intervallo, Manilenfi freto, in Molucis, relique Belgicarum navium, quæ xx. numero erant, classi se conjunxit. Adjunximus Centurionum, Munitionum, arciumque nostrarum apud Indos Orientales nomina: quatuorque Fretorum novæ Descriptiones, nunquam hætenus lectas. Commorante in Indiâ Georgio à Spilbergen, classis Præfectus Joannis quædam Iacobi le Maire ductu ad Molucas applicuit, novo, ut asserbat, ad Australe Magellanicum transitu reperto: quandoquidem autem à Dominis Societatis Senatuque ipsorum in India compertis hunc le Maire absque venia aut mandato publico, ad negotiandum in India, progressum, navis jacturâ multatum, cum Præfecto Spilbergio in Batavia remiserit: verum is in itinere obiit. Quamobrem non abs re futurum judicavimus, Iter ac navigationem ejus colophonis loco ad libri hujus calcem adjungere. Omniaq; hæc lectu imprimis iucunda tibi, Vir præstantissime, Geographia totius inter cetera & exterarum regionum studiosissimo, nuncupare ut animum à gravioribus studijs fessum subinde releves ac recrees. Vale. Lugd. Bat. 1619. PETRI

frati

ORDO IMAGINVM

Paginarum numeris indicatus.

Num.	1.	Tabula Orbis terræ	fol.	8.
Num.	2.	S. Vincentius in Brasilia	fol.	18.
Num.	3.	Fretum Magellanicum	fol.	28.
Num.	4.	Lamocha Insula	fol.	34.
Num.	5.	S. Maria	fol.	38.
Num.	6.	Conceptio	fol.	44.
Num.	7.	Valparysa	fol.	46.
Num.	8.	Portus Quintero	fol.	47.
Num.	9.	Prælium nocturnum	fol.	52.
Num.	10.	Diurnum prælium	fol.	54.
Num.	11.	Callou de Lima	fol.	57.
Num.	12.	Guarniz occupatio	fol.	58.
Num.	13.	Occupatio vrbis Paytæ	fol.	62.
Num.	14.	Arx Aquapolque	fol.	76.
Num.	15.	Portus S. Iacobi, Selaguez, & Natiuitatis,	fol.	80.
Num.	16.	Ladrones Insula	fol.	82.
			Num.	



Carmen extemporale:

Effulum in reditu Georg. Spilbergij, & VVilh. Schouteni, defuncto in itinere ejus socio
Iacobo le Maire, novi ac navigabilis ad Australe Mare iuxta Magellanicum
Fretum alvei inventore primo & lustratore.

ACRI quantus equo meus Batavus,
Testatur citreis loquax tabellis
Terrarum dea gentiumque Roma,
Et nullo Tacitus tacendus ævo:
Tunc cum clarus eques, manuque promptus
Æternum peperit decus Latinis.
Nunc cessat vetus hoc, novumque nomen
Et majus (puto) nascitur Batavis:
Illis caruleis, illis Batavis,
Illis fortibus. Ecce, nunc carinis
Intactum prius æbulant profundum,
Et longè positos tuentur INDOS;


Hos quos Sol oriens, cadensque lustrat.
O qua di-vitia, novaque gentes!
O Phryxi pecus, aureumque vellus!
O qua gloria, quod decus paratur
Vobis Municipes! Batavus Orbem
Totum permeat, inquilinus unda,
Et terra dominus. Quid invidetis
Vicini proceres? Nequit negari,
Vobis esse etiam, ac fuisse nautas
Victuro celebres in ore vulgi.
Sed quæ fama silet meos Batavos?
Non nautas putat hos, sed ARGONAVTAS.

AN. CIO IO CXVII. MENS. IVN. INITIO,

A iij

OR-

Num.	17.	Manilense fretum	fol.	85.
Num.	18.	Portus Manilensis	fol.	90.
Num.	19.	Indiæ Orientalis Tabula	fol.	94.
Num.	20.	Macian & Bacia Insulæ	fol.	98.
Num.	21.	Solor, Amboina, Neraque Insula,	fol.	118.
Num.	22.	Portus Desire	fol.	132.
Num.	23.	Noua Guinea, iter, transitusque à Iacobo le Maire repertus,	fol.	136.
Num.	24.	Cocos Insula	fol.	160.
Num.	25.	Insula Horna	fol.	160.



DIARIUM

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120



1000000

NA-
is, Lari

nafsimo-
erghen


o. Icer nostrum

lerentur.
tantem confpe

ubuit Nauclerus

tem haurire vn-
um intendimus.

istribueretur.
is. Admirallus



DIARIUM NAVIGATIONIS SEX NA-

vium, Societatis Indicæ nimirum magnæ solis, magnæ lunæ, venatoris, Lari
Amstelodamensis, Æoli Zelandicæ, Luciferi Rotterdamentis.

Directo cursu.

Per magellanicum fretum, ad molucas, auspicijs potentissimo-
rum Ordinum & Excellentiz suæ, Principis Auriaci, D. Georgio a Spil-berghen
Generali totius Classis præfecto.

Augustus.



Cravo Augusti anno 1614. cum quatuor navibus Texela solvimus fante Euronoto. Iter nostrum bene vortat deus. Amen.

9. Eiusdem, ventus in Zephyronotum versus.
10. Venatio, & Larus negligentia à nobis aberrârunt.
12. Statutum vt cuique per hebdomadam ternæ cum dimidia, libræ panis dividerentur.
16. Nocte vnâ navium nostrarum Æolum videlicet Vlyssinganam iactis anchoris ad littus stantem conspeximus. Iudicatum itaque Admiralli consensu vt ad tumulos arenosos vela faceremus.

September. 1614.

1. Septembris, venatio ad nos accessit, quæ huc vsque Pledmuyx in Anglia jacuerat : nec habuit Naucerus quid excusationis obtenderet.
 2. Adverso vento conflictati sumus. Æolus autem accedens Admirallum aperuit sese fatiscentem haurire vnam. Quamobrem nos univèrsi cum duabus in super onerarijs ad Insulam Wichtam cursum intendimus. Æolumque, sub vesperam ad arcem juxta littus collocavimus.
- Morati eo loco dies aliquot, 12. tandem ordinatum est, vt mensura cerevisiæ viginti indies distribueretur.

15. Admirallus

15. Admirallius vniversæ classis delectum egit.

16. Admiralli iussu, tormenti displotione signum profectiois datum, anchorisque sublatis pelago nos commisimus.

17. Flante Zephyro asperum frigus erat.

18. Ventus ad Septentrionem versus, cursumque ad mesocircium direximus, atque ita diebus aliquot haud parum spatii feliciter confecimus.

27. Flante iterum Zephyronoto, directoque cursu nostro ad leuconotum, postquam aliquantum profecti essemus, circa meridiem 8 graduum elevationem habuimus.

Post meridiem obsecus oculis nostris malus quem tempestate abscissum præcipitaverant in fluctus, ad nos accedentes nonnulli è nostris innumera piscium multitudine circumdatumprehenderunt, quorum tot capti ut ad saturandos bis centum homines sufficerent. Circa vesperam malum extraximus, qui ad reparationes quaedam percommodus fuit.

October. 1614.

Sic profecti vsque ad 3 Octobris insulæ maderæ altitudinem attigimus.

8. Convocavit ad se Admirallius, duarum mercatoriarum navium Nauarchos, iisque post amicam valedictionem plurimas ad Patriam litteras tradidit. Nocte ex Oriente secundissimus ventus afflavit, tendentibus nobis ad Zephyronotum.

9. Eiusdem Canariam & non ita multo post Gerensycquam, in qua piceus mons attollitur conspeximus.

17. Post meridiem adductis paululum velis ad Zephyrum primo, deinde ad hypafricum fleximus.

Circa vesperam Admirallius larum præmisit, deditque in mandatis ut deprehenso littore tormenti displotione signum daret.

18. Durante eodem frigore, secundoque vento, sub meridiem 18 graduum elevationem habuimus. Nocte venatio & Larus præcessere.

19. Mane nusquam terram conspiciebamus. Accessit tamen Admirallium Iob Cornelissonius, Eoli nauarchus, declarans insulas à nobis esse præteritas. Quapropter Admirallus, suspensio in signum vexillo senatum convocavit. è cuius sententia sub vesperam adductis nonnihil velis ad Vulturum fleximus.

23. Conspectui nostro insula de Brave se obtulit, ac deinde insula de Fogué quæ admodum altè sita est. Iussu tum ab Admirallo ut venator & Larus præcurrentes sub insula Brava jacerent, ad inquirendam commodam stationem, vexilloque ac tormento signum darent.

Meridiano

Meridiano tempore 15 graduum & 30 minutorum altitudinem vidimus; prætervectique sumus *salsas insulas*, quæ in tabulis debito gradu collocatæ non sunt, quemadmodum à Centurione Vincentio 17 gradu positæ reperiuntur.

24. Eiusdem hand longe à terra aberamus, quam petivimus pariter, præcurrentibus tamen, radentibusque litus venatore & Laro reperto nihilomius, non esse commodum ad majorum navium anchoras vadum, in altum obvertimus vela ad libonotum tendentes.

25. Pluviam aquam linteis atque indusijs accepimus, erat autem toto die malacia: Post multam deliberationem conclusum à consilio, incumbendum, ut caput de Frio transcentes per insulam quæ Grande dicitur ad Brasiliæ oras, lignandi aquandique gratia proficisceremur.

26. De distributione aquæ vini que constitutum, ut quisque indies duodecem aquæ, duos Gallici vini modios acciperet. Eodem meridie 13. gradus, 34 minuta habebamus, fleximusque tota nocte ad *mesophænicem*.

28. Mane, imber, fulmina, atque ingens in nos ventus incubuit flante Vulturno, nobisque ad Zephyrum & *mesophænicem* tendentibus.

November. 1614.

Attigesimo Octobris vsque ad 17. Novembris, continua malacia, multis imbribus, variisque ac instabilibus ventis, ut sub climate isto assolet, vexati sumus.

22. Novemb. convocatis omnibus Admirallius ostendit rationibus cum 8 aquæ modiolis præter ordinarium vinum in posterum debere esse contentos.

Eodem meridie habebamus altitudinem duorum graduum, minutorum 8. flante euronoto, directoque cursu nostro ad Austrum, ad Zephyrum, ad libonotum.

December. 1614.

9. Decembris, suspensis totius classis vexillis, communi oratione dictæ deo laudes, actæque gratiæ, quod nos per periculosa Abrolium vada feliciter duxisset. Eodem vesperc ad singulas mensas præter ordinatum data vini hispanici mensura.

11. Flante ex Septentrione vento secundissimo cursu ad hypafricum cucurrimus ad terras aperiendas.

13. Mane Brasiliam conspeximus, existimantibus nautis propter transactæ noctis elevationem, terræque conspectum esse S. Claram, caputque S. Thomæ conjectura quatuor circiter leucas à littore nos abesse judicavimus.

14. Brasilia erat altior paululum, plena collibus, alijs quidè acutis, alijs vero majoribus & crassis: circa littus tamè demissa, vesperc conclusum, ut iterum in altum tenderemus, & intempesta nocte ad litus accederemus: quod factum.

B ij

Verum

Verum cum brevia inibi essent, magna sol icu bombardæ alijs navibus significavit ne proprius accederent.

Circa horam secundam ante solis ortum inflexo cursu ad terram accessimus, radentes littus libonotum versus.

14. Iuxta littus perreximus: Post meridiem summa fuit malacia.

Inclinante die tempestas ingruit, cum continujs ac diuturnis imbribus, ita vt omnia vela contrahenda essent. sub noctis initium anchoras jecimus.

15. Mane Admirallus album vexillum exposuit, consiliumque coëgit.

Sub solis occasum itineri nos commisimus flante Euronoto, tendentes versus Libonotum, ad littus perpetuo appropinquantes vsque ad noctem.

Sequitur deinde adeo varius ventus, vt incerto cursu tenderemus.

19. Flecebamus ad Zephyrum & Mesocorum, aspirante mediocri frigore ab Oriente, secundoque cursu, magis magisque ad littus appropinquantes. Terra erat elevata atque acuminosa; qua propter existimabant nautæ esse promontorium de Frio: Verum Larus quæ tota nocte præcesserat nos accedens, certiores nos fecit Rio Iavero ante nos jacere, tresque ante fluvium insulas, vnde spes nobis orta, visum iri à nobis eo die insulas Grandes; jassum itaque vt eadem iterum antecederet.

20. Mane ad insulas Grandes accessimus, rectaque contendimus ad stationem, iacuumusque inter duas magnas insulas arboribus confitas: vbi ad visitandam terram Admirallus appulit.

21. Vniversa classis ad aliam insulam media leuca inde distantem profecta,

Cepimus eo loco plurimos pisces, inter quos crocodilos longitudinis humanæ,

22. Missi varij lembi ad explorandum vadum commodioremque stationem indagandam.

23. Exposito vexillo Admirallus coactisque omnibus, conclusit cum ijs, vt procederemus. Accessimus itaque ad aliam insulam in qua tuguriola duo alba hominum ossibus, sub rupe quadam invenimus.

24. Mane Admirallus cum Centurione ab Ansen & fabris exscendit ad extruenda pro ægotis tuguria, qui in ijs circa vesperam collocati & tota nocte tribus militum cohortibus custodiri.

28. Eiusdem exposito albo vexillo consilium coëgit Admirallus à quo statutum vt mitteretur Venator, ad disitum inde duobus miliaribus flumen, vt lembos qui aquatum processerant tueretur: sed non stetit mandatis: quia medio milliari a terra, atque extra teli jactum anchoras jecit.

22. Duabus ante diem Horis, lembus Celoxque Admirallij aquatum processere. Missi quoque nonnulli ad lignandum in insulam: qui postquam redissent iterum ad alia quærenda dimissi sunt.

Noct

Nocte cum aqua redeuntes, vado impactæ avelli non potuerunt, manserunt itaque in tugurio quod ij ex Venatore excitarant: Mane cum classe ad Admirallum accedentes, indicarunt sese hominum in silva tumultum subdivisse.

30. Dimissi aquarum rursus lembi nonnulli, vnus ex luna, ex lucifero alius, ex Venatore quoque, cum novem decemve militibus: inter quos erat franciscus du chesne, locum tenens Capitanei Rolandi Philipsonij, reliquis nautis adversus mandatum inermibus.

Circa solis ortum, videntes Venatorem continuo in terram exonerare tormenta, suspicati sumus subesse aliquid: misimus itaque confestim tres lembos, apprime instructos, qui ad Venatorem accedentes intellexere quinque Celoces, Lusitanorum ac Mexicanorum invasisse tres lembos nostros, trucidatis omnibus: imo ipsum Venatoris lembum intra sclopeti jactum ab ipso avulsum.

Videntes nostri locum ubi Celoces erant, in eas incurrerunt: quæ sese dederunt in fugam. Nostri invadentes, procul dubio superassent, nisi ad angulum sub rupe quadam aliæ duæ Celoces, ad Hostium subsidium apparuissent, quare nostri tristes discesserunt.

Januarius. 1615.

Anno 1615. Calendis Januarij mane Admirallius album vexillum exposuit, coactoque consilio quatuor nautæ captivi adducti sunt, qui prodicionis rei agebantur, scilicet quod cū Laro & Venatore fugere proposuissent: ij arte custoditi, singuli separatim, intellectumq; ab ipsis complices eorum 14 numero esse.

1. Eiusdem universi ex Laro in alias naves distributi propter prodicionem.

Cum autem adhuc aquam sufficientem non haberemus, missus Venator ad milliare circiter a classe ut ibi jacens Lembos nostros tueretur. Quod factum. Inventum autem a redeuntibus corpus nautæ ex Venatore fluctuans, telisq; confossum, quod ad terram sepulturæ mandarunt.

3. Examinati captivi, negotiumque discussum.

4. Rursum facta a consilio examinatio. Eodem die communi consensu missa Larus ut inter Venatorem terramque consisteret. ad majorem lemborum securitatem.

Nocte silvestres Venatorem nostram cum duabus celocibus visitarunt.

5. Eiusdem a consilio duo captivorum damnati majestatis, & ut suspensi ad malum a sex sclopetarijs, in navi sua trajicerentur.

Post meridiem fiscalis Christianus Stuling cum Ecclesiaste sententiam mortis ad captivos deculic, totamque

que noctem eos ad pœnitentiã exhortatus est.

6. Admirallius sanguineum vexillum vna cum alijs navibus ex posuit: et post ientaculum armatis omnibus militibus sententiam fiscalis publice pronunciauit. Post quam autem Admirallius, cum mercatore Cornelio de Vianem & capitaneo Wilhelmo ab Ansen præcessisset, cum iustitiæ ministris secuti rei, dataque executioni sententia: corpora in continente sepulta.

Rei erant, Hieronymus Hendricsonius Hamburgensis, 24. annorum, & Ioannes Hendricsonius Enchusanus annorum 25. Relata in Registrum eorum examinatio, confessio at que sententia.

8. Eiusdem ultimam aquam accepimus & circa vesperam vtraque navis ad classẽ accessit.

Ante discessum, ex insulã Grandi à Senatu nautico de profectioe conclusum, statutum quoque, vt si fortasse navium aliquæ aberrarent à reliquis, in cordes portu, alijsque circum jacentibus insulis palus figeretur, conspicuo loco, & in quo anchoræ communiter jaciuntur, vtq; singulæ navium, signum aliquod appenderent, quo transitus earum sequentibus indicaretur. Assignatum præterea tempus quo invicem expectarent, sex videlicet aut septem dierum: quo elapso suum quisque iter maturaret ad insulam Lamochiam in mari Australi, vt ibi ulterius mandatum expectarent.

11. Convocato senatu propositum, quandoquidem eo loci comæatus erat inopia, eorumque quæ ægrotis necessaria, vt ad insulam S. Vincentij cursus dirigeretur, quod Admirallus imprimis vrgebat, eo quod morbi quotidie inualescerent, neque fieri posse videretur, vt adeo vastas naves per magellanicas angustias ab ægris & invalidis dirigerentur Alij contra sentiebant. Prævaluit tamen major & sanior pars quæ recreationem ægrotorum necessariam judicabat, vt post modum ad salutem nostram & dei gloriam apparuit.

Eodem itaque die destructis tugurijs convasavimus.

Ad idem littus in amissarũ locum novas Liburnicas ædificavimus, & concubia nocte sublatis anchoris fecimus vela. Ex oriente aurora, propter malaciam, rursus anchoræ jaciendæ fuerunt.

14. Admirallius convocato senatu nautico, captivos & complices adduci curavit, à quibus ministri iustitiæ permissione senatus veniam petiere: captivi autem in alias naves distributi.

Eodem die nimia maris tranquillitate, hinc inde naves absque vento ferebantur.

15. Admirallius generalem classis delectum egit.

Noctu proficiscentes cursum nostrum ad hypocircium fleximus terram petentes.

17. Ingens è terra fumus apparuit quare Venator, Larusq; præmissæ, sequentibus reliquis.

Sub vesperam revertente ad classem Venatione Admirallius Liburnicam suam ad eam misit: cui affirmavit Balthasar Stenens Nauarchus Venationis, qui sæpius ea loca visiterat, ignorare se terras istas, & nimium descendisse nos sibi videri.

Convocato itaque senatu conclusum ut lembus Admiralli, duobus tormentis, militibus sedecem, decem nautis, auspicijs Coignet locum tenentis duabus ante lucem horis proficisceretur ad terram, vbi fumus visus erat, ut munusculis quibusdam, amicitiam cum incolis contraheret, quod tamen efficere nequivit.

Iecimus eo loco anchoras vno circiter à terrâ milliari.

28. Venatio ad terram cucurrit exposito albo vexillo, viditque plurimos homines, tam ad littus quam in proxima silva: accedentibus autem acclamarunt Lusitani ut ne appropinquemus ad littus cum lembis, vnum tantum hominem mitteremus: Ioannes itaque Henrici vice Gubernator nudus in mare insiliens terram adnavit:

Stabat ad littus ingens Lusitanorum silvestriumque multitudo, arcibus & telis armata: quamobrem noster rûpi insilens vnum ipsorum depositis armis ad colloquium vocavit, interrogatusque ab eo qui advenerat, quoniam & vnde essemus, quo ve tenderemus iter, respondit ex Flandria ad Rio de Plata tendentes, commeatum pro pretio atque amicitia flagitare. Intulit alter, quanquam interdicto Regis nobiscum agere vetarentur, si tamen secretum promitteremus, neque ad S. Vincentium essemus profecturi, ad ipsos prodendos sequenti die omnia abunde suffectum iri.

Circa meridiem lembus Admiralli, duobus lapideis tormentis, & triginta armatis instructus ad Venationem missus iussit ut ad inquirendam insulam præcurreret, eaque inventa tormento signum daret, quo facto quatuor naves ad eam profectæ, manente Venatore eo loco, vbi cum Lusitanis contuleramus.

10. Prima aurora ad angulum fluminis duæ se Liburnicæ ostenderunt, quæ confestim terga vertere. Admirallius extemplo Venationem cum duobus lembis ad flumen misit, ut vadum exploraret: sed non multo post ex proxima civitate quæ Sanctus dicitur venientem conspeximus Liburnicam refertam hominibus, album vexillum protendentem: quæ cum adventus nostri causam intellexisset, iussit ut ad Gubernatorem suum scriberemus litteras, ad quas responsum allaturi erant: Monebant nos inter alia ut à silvestribus ferisque hominibus apud S. Vincentium caveremus. Exiguo deinde intervallo Venatio flumen ingressa tormentum displofit, quod signum reliquæ naves lectis anchoris sequuntæ.

Post meridiem ut iussi eramus alligatas bacillo litteras in terram fiximus.

20. Admirallius ablato albo vexillo Auriaci coloris substituit: deinde missi aliquot lebi ad locum in quo pridie litteras statueramus, vbi duæ liburnicæ cum lusitanis responsu attulerunt, quod cum à senatu lectum, nihil vilius momenti

contineret, novæ a nobis scriptæ litteræ, lembique nostrorum aliqui acceptis duabus Hispanici vini amphoribus, calcis totidem cultrisq̃ue nonnullis, & coralli aliquanto, Lusitanis obtulerunt.

Eodem tempore ad littus S. Vincentij, cujus accessum nobis Sanctenses prohibuerant plurimos mortales cõspeximus album vexillum gestantes, ad quos quatuor e Liburnicis accurrere. Negarunt autem ij se nobiscum absque consensu Gubernatoris posse tractare : quare discedentes nostri addebant se ex insula fructuum aliquid allaturos, neque recusarunt, neque annuere silvestres.

Ingruente vespera à Venatore duæ liburnicæ venerunt cum pomis, citrijs, & carnis pauxillo.

21 Capitaneus Wilhelmus ab Ansen, cum vexillifero suo, & locum tenente Ruffino, tribusq̃ue Liburnicis plenis armatorum ad terram appulerunt, ut certialiquid agnoscerent. Accedentibus datæ litteræ, ex nomine Gubernatoris, absque ullius tamen subscriptione. Adduxerunt ad navem duos Lusitanos, unum Mexicanum, Brasilianumq̃; unum, in quorum locum obsides in terra manserant, locum tenens Rufinus, Theodorus Voet vexillifer, unusq̃ue Luciferi assistens. Excepti sunt magnifice ab Admirallo, ostensaq̃ue illis navis constitutio : aliarum quoque navium præfides, accedentes totum cum ipsis diem hilarum habuere.

Inclinante die discedentes, Admirallius paululum comitatus ad Lunam & Solem duxit, quam cum admiratione spectabant. Digressos autem eos ad sclopi jactum, honoris gratia vtraque navis, tormentorum aliquot displisione profecuta est.

Obsides nostri petierant à Lusitanis, vt civitatem Sanctum visere permitterent; sed recusarunt. nostri itaque redire ad navis.

22. Venator rursus ad classem accessit, agnovitq̃ue Admirallius fraudulenter agere Lusitanos, vt tempus quod pretiosissimum nobis erat tereretur: quare ad consultationem vocavit universos.

Medio illo tempore accipiebamus à Lusitanis, varios fructus, porcos, gallinas, saccarum, atque alia.

23. Ex oriente sole 7. liburnicæ cum armatis ad S. Vincentium missæ, sequebantur Venator atque Venatio refertissimæ hominibus, in quas Admirallius omnesque Duces transferant. Tres Viri in terram egressi pacis vexillum præferentes, porrigentesque litteras, quas lusitanus accedens suscepit, lætasque sibi displicere ostendit, cumque haud amice cum nostris ageret, loco pacis vexillorum, hostilia substituta. Paulo post altius adversus flumen profecti, ædes invenimus, in quas cum supellectile sua confugerant, ab Antwerpensibus quibusdam qui Scotisij vocabantur, eleganter admodum exstructa, temploque quod Signora de Negues appellans decoratas intelleximus. Dives saccaro, amœnusque erat locus.

Fraçus

Fructus aliquot sibi decerpimus, quibus inventum eo loco lembum, liburnicaeque onerantes ad naves accessimus.

24 Admirallius cum Venatore atque Venatione, & quinque aut sex liburnicis Sanctum versus incurrit: sed cum vehementior imber ingrueret, nec homines ullos deprehenderent, retrogressi sunt.

25. Admirallius cum sex liburnicis apprime instructis, & Venatione, ad locum in quo 23 fueramus contendit: Verum ut Venationem quae paululum tardaverat expectaremus, ad terram accessimus, in qua ruinae domus apparuerunt, ubi fructus quosdam reperimus: cumque in decerpendis occuparemur, Lusitani atque Silvestres, qui post ruinas latebant, sagittis, absque ullius tamen laesione, nos impetivere, quos sclopetarij nostri fugarunt. In discessu 30. sclopetarij in ruinis abscondimus, qui in Lusitanos, si nostros sequerentur irruerent, quo per exploratorem cognito, continuere sese. Sclopetarij igitur rursus in lembos accepri, cumque imber ingrueret, cum ingenti pomorum Auriacorum multitudine ad naves regressi sumus.

26. Conclusum, quia tempus elapsum erat, unam tantum adhuc expeditionem esse tentandam, primaque commoda tempestate vela facienda. Tres itaque Liburnicae in insulam quandam ad carpandos fructus dimissae: vix autem appulerant, tendens recta ad insulam velum conspiciunt, quo nuncio ad classem confestim allato quatuor ex templo liburnicae cum armatis praemissae: sequebatur Admirallius, & vice Admirallius in Venatore, quam Venatio excipiebat. Statim navicula apparuit, quae nobis visis in altum obvertit vela: verum propter maliciam cum evadere non posset, dedit sese, primusque Martinus Pietersen Luciferi Nauarchus cum suis transcendit, quem Admirallius, viceque Admirallius sequuti.

Praedicta navicula erat 36 lastarum, ad Gallicam formam: Veniebat autem Lisbona per Rio de Javero, atque hoc loco domicilium habebat. Inerant autem 18 Lusitani, duo minora tormenta, sclopetorum hastarumque aliquantulum, Praeter haec nihil alicujus momenti continebant, quam ferrum, gossypium, oleum, salem & similia. Ingredientibus nobis Lusitani, trepidantes affirmarunt decem aut duodecim nostrorum in Rio Javero esse captivos, atque inter eos locum tenentem Franciscum de Chesne, qui sagittam in pectore vulneratus convalescerat, & cum Governatore versabatur.

Inclinato die captivorum unus cum literis ipsorum Lusitanorum missus est, ut de permutatione, captivorum, aliarumque mercium tractaret: profectus est autem Celoce, quam 23 ceperamus.

27. Expositum in terra pacis vexillum adspeximus, eoque profectus Fiscalis cum lembis duobus, affixas bacillo literas reperit, quas Admirallio exhibuit. Hispanicum ingenium moremque sapiebant: recusabant enim omne commercium, & ne unum quidem Flandrorum cum plurimis Lusitanis permutaturos asserbant si quid vellemus

vellamus, vi armisque conaremur: adhæc ut quam primum discederemus è finibus ipsorum.


Numerus secundus est

**Delineatio capitis S. Vincentij in Brasilia, vbi nostræ naves sese recreant
litteris notata, ut sequitur.**

- | | |
|--|---|
| A. <i>Sunt sex liburnica quibus homines appellant.</i> | I. <i>Sunt quatuor nostra liburnica.</i> |
| B. <i>Sunt Milites ad custodiam.</i> | K. <i>Est una navium nostrarum excubans.</i> |
| C. <i>Est templum S. Maria de Negue, cum adibus, qua postmodum combusta sunt.</i> | L. <i>Sunt alij Lusitani ac silvestres.</i> |
| D. <i>Est una nostrarum navium agens excubias.</i> | M. <i>Lusitanica Navicula quam cepimus.</i> |
| E. <i>Sunt armati Lusitani, atque silvestres stâtes ad littus.</i> | N. <i>Vclitatio in qua quatuor occubuerunt.</i> |
| F. <i>Est civitas S. Vincentij.</i> | O. <i>Classis nostra.</i> |
| G. <i>Est civitas Sanctus.</i> | P. <i>Lusitanica navicula combustio.</i> |
| H. <i>Est arx sita ad fluvium.</i> | Q. <i>Brasilianorum habitus.</i> |
| | R. <i>Dormiunt aliqui in reti ad duas arbores appenso.</i> |

28. **A**dmirallius misericordia erga suos commotus, quanquam severe tractandi captivos non deesset occasio, iterum tentavit, an ulla concordiae spes affulgeret: iussit itaque ut Lusitani ad amicos suos, Ecclesiasticos quoque perscriberent, misitque captivum, unum cum duobus infantulis, qui litteras perferret. Hic ad terram appulsus, alteri Lusitano eas tradidit, qui adferendi postero die responsi curam in se recepit.

Post meridiem ex captiva navi merces transtulimus, quibus nudos nostrorum aliqui vestivimus. Reperimus plurimas reliquias, cruces, indulgentias, & similia. Egregios quosdam manu



manu scriptos codices, tã theologos quam iuristas, pulchras imagines ac picturas, auratam ex argento coronam, cum alia argentea supellectile. Duo præterea mancipia, aliaque nonnulla, quæ ad Iesuitas pertinebant? Quæ vniverſa quanquam cum captivis nostris commutare optarem, maluere tamen Belgæ vnus sanguinem, quam dilectorum adeo bonorum restitutionem. Nec potuit quidquam nostra humanitas, nec obnixæ captivorum Lusitanorum preces ad suos.

29. Novam cum septem lembis expeditionem ad eundem locum paravimus: accedentibus autem ad littus, ejusdem cum præcedentibus tenoris litteræ traditæ. Perreximus itaque ad ædificium, quod captis in circuitu Auriacis pomis ac citrijs, quantum vectare poteramus incendimus, Lusitanorum contumelijs irritati. In discessu aliquot telis ex silva, sed irrito ictu petiti fumus.

30. Communi consensu captiva navis combusta.

Ex litteris quas invenimus, adversum à nobis, non modo hic, sed alijs etiam locis, de nostro adventu venisse nuncios: vnde colligere est, esse in Patria nostra proditores, qui cum Rege conspirent.

31. Duabus ante lucem horis ad locum in quo hæctenus non fueramus, cum quatuor lembis excurrimus: sed acuta, & montosa, obsitaque hominibus terra nos absterruit.

Vertente interim sese ad Septemtrionem vento, dato ab Admirallio tormenti displensione signo vela fecimus: sed confestim rursum jácere anchoras malacia coacti sumus.

Confestim duo lembi, Admirallij vnus, Venatoris alter, cum quinque sclopetarijs aequatum processere: dum implendis vasis occuparentur, silvestes erumpentes ex nemore densissimū sagittarum imbrem immisere: sequebantur à tergo Lusitani baculis eos impellentes: Nostri au-

tem post aliquos sclopetorum ictus fugerunt ad lembos, atque in Admirallij sese receperunt, eo quod alterum hostes abstulissent. Procedentes itaque occurrerunt, alijs quatuor nostrorum lembis, cum quibus ad terram reversi sagittis silvestriam sclopeta opposuerunt, illisque fugaris, receptoque Venatoris lembo, qui demersus erat, redierunt ad classem.

Quatuor nostrorum interfecti, vulneratis adversarijs omnibus, tribus modo exceptis. Negligentia nautarum accidit hic casus, quia superiorum mandatis non obsequuntur, nec satis muniti ad terram accedunt.

FEBRUARIUS. 1613.

2. Hujus mensis, Admirallius captivos quatuor Lusitanos dimisit, alijs ad classis servitia revertentis.

Inter hos erat Pedro Alveres Nauta, qui populares nostros bene tractaret. Onerabat autem promissis Admirallium, facturum se ut captivi nostri restituerentur in libertatem, sed ea nos flocci facientes, uxores liberorumque intuitu, & quia navis merciumque suarum jacturam fecerat, ipsum, aliosque dimisimus. Addidit Admirallius pecuniam in viaticum, pro qua ipsi, ut Lusitanorum mos est, gratiarum actionibus aures nostras implebant,

3. Duabus ante diem horis Admirallius tormento profectiois signum dedit: verum circa meridiem nimia maris tranquillitas quiescere nos coëgit.

Rupta Admirallij anchora: dum autem cum ea occupati essemus Lusitanus quidam appulit ad nos, adferens psittacum, gallos gallinaceos, & poma, eaque offerens petijt, ut affinis suus captus à nobis liber dimitteretur, & quia is vxorem & proles habebat, ipse celebs, se pro affine in captivitatem obtulit, quo ipsi negato cum donis suis, quæ Admirallius restitui jusserat discessit.

4. Ante

4. Ante auroram quatuor anchoras sustulimus: Verum circa solis occasum jecimus iterum propter malaciam.

Sumto jentaculo, afflante mediocri frigore in mare pervenimus.

Coactō senatu, statutum vt quisque modiolum vini indies, & ternas panis libras per hebdomadam acciperet.

16. Ad hypolibonotum flectebamus, flante borrhapeliote: quia statutum erat, vt quamprimum altitudinem Rio de Plate attigissemus, exposito Principis vexillo signum daret Admiralibus, nosque magis flecteremus ad littus. Habebamus eò loco 38 graduum, 49 minutorum altitudinem.

Eodem cursu ac vento usque ad Kalendas Martias pervenimus, quibus in meridie 46 graduum, totidemque minutorum altitudinem attigeramus.

MARTIVS. *ibis.*

2. Nebula aspectum nobis abstulerat, quare subinde displodentes, mutuo signum dabamus, ne aberraremus à cursu: dispulsis autem tenebris, Lunam & Stellam abesse advertimus, quas expectavimus adductis velis.

Hic altitudo nobis erat 47 graduum, 17 minutorum, flante Borrhapylicote, nobisque ad hypafricum tendentibus.

5. Mane proficiscebamur ad Zephyronotum, flante Borrholybico, secundo cursu, vsque ad meridiem donec ventus ad Septemtrionem versus: erat autè tunc nobis altitudo 50 graduum.

Sub Vesperam, adeo ad terram appropinquavimus, ut clarè fumum videremus, flectentes ad Zephyronotum, littusque radentes: terra autem erat plana & sterilis.

7. Purior sol nitebat, & meridie 52 gradus, 6 minuta habebamus.

C iij

Tum

Tum advertimus duas tantum leucas distare terram, vidimusque ante nos novem montes, ex quibus fumus ascendebat: pergebamus itaque juxta littus, flante Borea, donec comperimus fluvium, Rio Galeges esse, latum eum quidem sed minime profundum.

Primo aspectu arbitrabantur quidam Magellanicas angustias esse, sed decepti sunt: quia illæ 52 gradus & 30 minutas habent. Missæ itaque Larus & Stella, ante reliquas, quia Nauta Martinus Petersonius sæpius huc comearat.

Circa vesperam jecimus anchoras medio à terra milliari, ad prominentem angulum, quod caput Virginiam dictum existimabamus.

Circa mediam noctem ruptus Admirallij rudens, anchoraque amissa.

Tandem exurgente magis magisque tempestate in vicem divulsi sumus.

8. Prima aurora, crescente tempestate sola Larus apud Admirallium erat, obliquabamus cursum, nunc mare, nunc terram versus, dimissoque plumbo, tandem nullum fundum reperimus.

Sedabatur paululum tempestas, sed confestim multo acrius insurgebat, ita ut in gravi discrimine versaremur, per vadosa loca obliquantes, explorantesque perpetuo profunditatem. Ibi larus à reliquis disiecta.

Obtulit se nobis altissima terra, jacens ad Lenconotum & Notopeliotem, quam terram Fogue judicabamus. Distabamus tum 4 leucis, à capite de Virginia, sito à nobis ad Circium. Videbamur omnino recta in terram de Fogue incurfuri, nisi divino beneficio Zephyrus afflasset, qui nos ad Septemtrionem pepulit, eoque vada evasimus.

8. Coniunctâ rursus classe, convocatoque, ab Admirallio senatu, ordinatum ut consuetam vini panisque portionem haberemus.

Sub

Sub vesperam flecebamus ad Circium, mediaque nocte, vertente se vento, ad occidentem, Venatio, quae ceteris lumen praeferbat, tormentum exoneravit, ad quod vela vertimus à Septentrione ad Orientem.

10. Cessante tempestate pulcherrima aura affulsit, & flante Borrholybico, tendenteque cursu nostro ad Borrhapelioten, tota nocte ad Mesaquilonem profecti sumus.

11. Meridie gradum unum retrocesseramus. Flaverat vehementior ventus per totam noctem ab Occasu brumali.

12. Mane flante Africo, nobisque tendentibus ad Borrholybicum, ingruenteque tempestate vela contraximus.

13. Meridie habuimus 50. graduum & 20. minutorum elevationem.

Sub vesperam flecente ad Septentrionem vento, nocte ad Austrum & Mesolibonotum tendebamus.

14. Mane cucurrimus ad littus, habentes altitudinem 15. graduum, & 26. minutorum. Circa noctem vento mare intumuit, qua propter Zephyronoto totam noctem ad Borrholybicum cucurrimus.

A 14. usque ad 20. varijs ventis & tempestate jactati sumus: ita ut ad terram, ad quem 7. fueramus, appelleremus.

Sub auroram Venator & Larus ad nos rediere, qui ab 8 a nobis aberrarant, fuerantque usque ad angustias Magellanicas, ubi Luciferum apud insulas Piguinas reliquerunt.

21. Admirallius, ad meliorem instructionem, nautam dictum Blauvven VWilhelm misit ad has naves, qui intellexit usque ad caput Virginiam fuisse tempestate propulsas ad quod jecerant anchoras, & 17. Martij venisse ad Piguinas insulas, ubi iterum substiterant. Ortus fuit eo in loco tumultus

tus

tus, ita ut rebelles ad versus Magistros suæ potestatis fecerint navem, Navarchumque & Celeusten cõpigerint, hunc coqui officio fungi jubentes, quem sine dubio trucidassent, nisi Navarchi proceres intercessissent: Verum deniq; ebrietate turbati duo ipsorum ad trucidandum Celeusten prosiluerunt quorum vnus Vernerus Friso 20 annorum adolescens, alter batavus Dordracensis, juvenis plane perversus, quem dudum, nisi intercessisset pater, scelera ad patibulum perduxissent. Hi, nisi rursus obstitisset Navarchus, præscindere rudentem habebant in animo.

Sedato paululum hoc tumultu, de eligendo Capitaneo disputatum. Hæc dissensio Navarcho, Tonsoni, alijsque innocentibus addidit. animos, vt in duos illos irruerent, graviterque vulnerarent ita ut aliorum auxilio, qui in prædictos duos rejiciebant crimen, superiores evaderent. Iudicatum denique communi sententia, vt in mare rei præcipitarentur, quod factum.

Hunc tristem Larus nuncium attulit, quapropter Admirallius locum tenentem suum misit ad pleniorum informationem; obtulit præterea Celeusti & Navarcho, si suis diffiderent, ij in alias naves dividerentur, qui cum abnuissent, iterum mittendos iudicatum.

25. Mane post multum sudorem promontorium Virginiam attigimus, circa meridiem, & jecimus anchoras. quapropter vadi mollitiem firmari non poterant, ita vt totus dies hoc labore sit tritus: ingruente autem vespera, ad vela facienda signum dedit Admirallius, currens ad Corum: sed nulla cum navis insequuta.

26. Obliquans cursum Admirallius tandem ad novem montium terram appulit, vnde propter vadosa loca in altum recessit.

27. Electenté ad Zephyrum vento, ad caput Virginiam rursus cucurrit Admirallius, littus, quod Anglico simile est semper observans. Eo loco à Laro signum accipiens, periculosa esse vada, Admirallius iterum flexit ad mare, ubi ipsi Luna, Æolus & Venator occurrit, quæ simul ad terram de

Fogue

Pogue steterant Larus alio loco fixerat anchoras.¹

Perdurante hac contrarietate ventorum, murmur exortum, adeo magnis navibus, angustias vix posse transiri. Hyemare nonnulli volebant in Porto Desirado, vbi Candis & Oliverius fuerant, iudicabant alij cursum ad caput bonæ spei dirigendum.

Venit quoque ad Admirallium Petrus Baers, mercator rogans, quo devenirent, si angustias transire non daretur. Respondit is habere se in mandatis transire Magellanicas, videret ut sese non defereret, qua prompta responsione sedata murmuratio.

28. Post mediam noctem signum profectionis dedit Admirallius, cum illuxisset visa abesse Larus, unde orta suspicio discessisse ipsam, propter duorum illorum supplicium. Intravimus itaque angustias, sudo cœlo, flante Zephyro, & Hypafrico.

Vespere jecimus anchoras ad Septemtrionem.

29. Flante Zephyro atque Hypafrico, & commoda tempestate, ruens ex angustijs æstus subsistere nos compulit. Sub solis occasum tempestat exorta, ita ut rudens Admirallij per annulum anchoræ elapsus sit. Dum in attrahendo rudente occupamur ad vadosum plane locum projecti sumus, quem mox evasimus.

30. Absque velis processimus usque ad Meridiem, tum expansis velis tendimus ad Mesocircium, flante Zephyro, Admirallius videlicet solus, quem ab alijs tempestat avulserat.

APRILIS. 1615.

Kalendis tempestate non incommoda, profecti ad notolybicum sumus, flante Borea.

2. Versus ad Borrholybicum ventus, oppletumque tenebris cœlum, quas cito Vulturinus discussit. Circa Meridiem igitur angustias rursus intravimus, ad Hypophœnicem primo tendentes

D

flectentesque

flectentesque paulatim ad Zephyrum; deinde ad caurum, explorantes continuo, donec ad 25. & 30. cubitos jaceremus anchoras, bono nostro; quia mane cæca vndique vada reperimus.

3. Ab Aquilone commodum frigus adspiravit, & cucurrimus ad Borrholyticum & Hypocorum, ut autem angustias intravimus, vadum quarta leucæ parte latum invenimus, in quo tandem 5 tantum cubitorum profunditas erat. Paulo post primum angustiarum introitum, media leuca latum invenimus, & tranquillo mari, secundo æstu, ingressi 40 cubitorum profunditatemprehendimus, non tamen fundum qui anchoras reciperet.

Vidimus hic ad terram de Fogue, immanis longitudinis hominem, ascendentem colles ad nos intuendos. Hæc terra initio, Zelandiæ tumulis haud absimilis arenosa erat.

Perseverante malacia, lembum exposuimus, transitisque primis angustijs meridie jecimus anchoras ad 16 cubitos, actis deo gratijs, quod hoc defuncti periculo essemus.

4. Circa meridiem incumbente Circio ad Hypafricum tendimus, mediocri frigore, & tempestate percommoda, vsque ad vesperam, tum nos contrarius ventus ad secundæ angustia angulum anchoras jacere coegit.

5. Flante Hypafrico, pulchraque tempestate post meridiem ulterius perreximus, sed ventus obstitit.

6. Mane anchoram rupit tempestas, & ad locum in quo 4. stationem habueramus nos rejecit, ubi anchoras ad angulum fiximus.

7. Mane Mercator Cornelius de Vianen ad terram accessit, eumque secutus Admirallius, nullos invenere mortales, Struthiones tantum binos, qui cursu equos præcellabant, fluvium quoque grandem recentioris aquæ, consitum arbusculis, nigras baccas suavissimi saporis gestantibus.

Post

Post meridiem vela facientibus flante Borrholybico malacia obstitit, usque ad noctem.
Hujus terræ caput à nostris Viana appellatum.

8. Post meridiem tendimus ad Zephyronotum, vsque ad secundæ angustię angulum, ubi ad Libonotum fleximus. Circa vesperam ad Piguinas insulas accessimus, quas nominavimus, eam videlicet quæ ad Austrum, magnum littus; mediam Patagones seu Gigantum insulam; minorem quæ ad Septentrionem, testaceam.

9. Mane misit Fiscalem Admirallius cum militibus aliquot ad magni littoris insulam, ad indagandum de navibus quæ forte transierant; invenit autem litteras luciferi, quæ 25. Martij ad angustias inde discesserat.

Missi quoque ad testaceam, invenere palum cum manipulo, absque litteris: unde judicatum, relictum quoque à lucifero,

Discessit postea Admirallius ipse ad Magni littoris, vbi cadavera duo reperit, morte gentis auxilio terræ tecta infixis arcubus ac sagittis.

Pellibus erant involuta, unum ordinariæ staturæ, alterum, binos cum dimidio pedes non excedens: circumdata erant collo rosaria seu orbiculi, Margaritarum instar fulgentes, & artificiose confecti. Ijs rursus terræ mandatis redijt Admirallius. Post meridiem profecti sumus Septemtrionale littus legentes, usque ad vesperam, qua sub terra stationem fiximus.

Steriles erant hæ Piguines insulæ, perfossæ à Piguinibus, vt Batavi tumuli à cuniculis.

10. Prima aurora profectis sudum cœlum, & Borrhapeliotes afflavit. Sub meridiem ad pulcherrimum portum venimus, in quo Hispani olim civitatem nomine Philippi excitarant,

quæ jam corruerunt, hic jecimus anchoras ad 15 cubitos. Tum exortus vehementior; sed brevis tempestas.

ii. Quietò mari cum duobus instructis lembis Admirallius terram petit; sed nihil quidquam præter dulcem aquam, circumdatam ferarum, eo ad potum venientium vestigijs reperit; tria præterea deserta tuguria.

Numerus tertius est tabula

Magellanicì freti pro vt Georgius Spilberghen Admirallius cum classe exploravit.

A. Est una navium nostrarum, quam perfidi Nauta abduxerunt.

B. Quinque alie naves secundo cursu intrantes angustias

C. Est homo ad Australe littus sæpius apparens.

D. Silvestres clavis nostros occidunt.

E. Silvestres ad littus nostros peregrina lingua alloquuntur.

F. Vinum hispanicum silvestribus præbetur à nostris, aliaque non nulla, qua placere sibi signis ostendunt.

G. Rubra bacca boni saporis, qua abundanter eo loco proveniant.

H. Est Piguinus, quorum ibi ingens multitudo.

I. Socj aves sclopis petentes.

K. Navicularum figura ac modus.

Circa meridiem cum Borea processimus, legentes Septentrionale littus, arboribus confutum, planumque, ita vt confita aliquando ab hispanis terra videretur. Vadum nisi omnino sub terra non reperitur.

Vesperj


Tijpus Freti
MAGELLANICI;
quod Georgius Spilbergius
cum classe lustravit.

TERRA

DEL

FRETUM

AMERICA



Tierra de fogo

De Eerste eynde

Grootz wal
Palagon
Kruicks

B Diane

Rio Henricus
Porto Fama

Bas Bay
Spart Bay

Cromius Bay
B. Erasmus
Moffel Bay
Piper Bay

B. Hamburg Bay
Olecius Bay



Vesperis fiximus ad triginta cubitos, atque ad sclopeti jactum à terra. Admirationi nobis erant hoc loco, ad Australem partem, amœnissimæ silvæ, refertæ pfitaccis, elevatione graduum 54. Admirabamur præterea transitum quendam, per quem in altum prospectus erat: quo missurus erat Admirallius Larum, si adfuisset: Nostra enim sententia facilis inde in Silesium mare transitus erat.

12. Prima aurora ad Zephyrum, & mesophænicem tendimus, vsque ad immanem angulum, qui fidam navibus stationem præbiturus videbatur. Hic montes haud aliter atque asperrima hyeme nivibus oppleti erant. Hinc ad Zephyronotum, tertiamque angustiam profectis, varius circa vesperam ventus obstitit.

13. Mane Admirallius minimum lembum ad portum misit, quem concharum arbitrabamur. Ipse Admirallius cum multis alijs in terram exscendit, in qua præter aquam dulcem nihil repertum, Erant inibi arbores quarum corticibus piperis vis inerat, vnde locum illum piperis portum appellavimus, quanquam & alibi tales arbores: extemplo deinde profectos ventorum varietas retro potius impellebat.

14. & 15. Vehementior ventus perseverare coëgit in anchoris,

16. Ternis ante lucem horis ventus ad Orientem versus, tendimus itaque sublatis anchoris, ad mesophænicem primo, deinde ad Austrum, denique ad Notolybicum, quia terra ad Occidentem porrigebatur, seu potius ad Borrholybicum. Transivimus itaque concharum portum, juxta quam parva jacet insula. Terra erat altior, niveque aspersa.

Sub vesperam Admirallius displosit, vt navibus nostris, siquæ in proximo essent, signum daret.

Circa vesperam fumum cernentes rursus displosimus, nec multo post lembus accedens

D iij

indicavit

indicavit naves nostras in Cordes portu jaciendis anchoris occupari. Divina profecto gratia factum, tantas naves, tempestate contraria, adeo periculosas angustias pertransisse, eodem tempore, quæ separatæ invicem fuerant: primamque diversis temporibus permearant angustiam.

Sub vesperam jecimus anchoras, & paulo post vice Admirallius, Mercatores, Nauarchi, Admirallio gratulatum venire, quæ sibi acciderant quique referentes.

Pridie fuerant ad littus silvestres, cum vxoribus ac liberis, quibus cum Martinus Pieterfen, Luciferi Nauarchus, alijque nonnulli amicè conulerant, datis munusculo cultris, alijsque rebus, & vino hispanico, quod sapidum sibi signis ostenderant, reddebantque vicissim margaritas in formam cornu artificiose conjunctas. Verum ij non rediere in polsterum, perterriti, ut arbitramur, jaculationibus nostris quibus quotidie anseres, anates, aliasque aves petebamus.

17. Summa erat malicia.

18. Congregato senatu conclusum ut octo dies ad conquirenda necessaria eo loco maneremus. Eodem die Venator à lembis tractus ad insulam parvam, purgatusque est.

Hisce octo diebus, navibus abunde provisum, conchis in primis, quarum ibi copia, ejusque bonitatis, ut ostrea nonnullæ excedant, aqua, petroselino, macedonia, multisque rubris baccis.

Adventus nostri lætitiâ celebravit Admirallius, invitatis classis vniversæ primarijs, opipaque tractatis, porcina, aliaque carne, Gallinaceis, pomis auriacis, citrijs, alijsque saccaraceis condimentis, quæ in S. Vincentio acceperamus, olive baccis, capparibus, optimo hispanico Gallicoque vino, cerevisia Batavica, multisque alijs quæ referre longum esset, accedebat dulcissimus vocum instrumentorumque concentus.

24. Ante lucem vela fecimus flante mesocircio, obliquo cursu, donec angulum quemdam superassemus. Ex opposita parte plurimi homines ignem accenderant, juxta quos jacebant lembi aliquot, quorum vnus ad nos contendens remo invitabat, accedere non ausus. Circa vesperam sub exigua insula anchoras jecimus, juxta quam alia septem vel octo sita, quorum nomina in tabula Magellanica videre est.

25. Tres lembos in diversa misit Admirallius ad commodam stationem indagandam, qui tandem invenerunt egregium portum media leuca à nobis distantem, ad quem nocte contendimus, flante Euronoto, qui subito versus, à portu nos repulit, coegitque figere versus Orientem.

26. Cum luce processimus flante Cæcia, sed verso ad Septemtrionem, cum turbine vento, pone insulam ad Austrum quievimus.

Vidimus hoc loco transitum in mare Australe, quem Admirallius, alijsque consensu montibus rectum esse judicabant: Verum Magellanicum fretum nobis præscriptum erat.

Non ignorabamus transitum esse ad Austrum, ut in Indiæ Orientalis patet historia, per Patrem Iosephum de Costa Hispanice conscripta, translata à Ioanne Huygens à linrschooten, atque inter alia in fine 10. capituli.

Alij quoque historici consentiunt esse in Magellanicis transitum à latere, ad vastum mare, & Silesium, ut dictum est.

29. Meridie Lucifer cucurrit ad portum quem 25 inveneramus, jecitque anchoras ad
25 Cubi-

26 cubitos: Insignis erat hic portus, dulcissimus, rubris & cæruleis baccis confitus, propinquo dulci aquæ flumine, quod a summo montis cacumine per silvas in mare decurrit.

Concharum quoque, aliarumque rerum erat abundantia: Qua propter Admirallius hunc portum nomine suo Spilbergen appellavit.

30. Aliæ quoque navēs in eodem portu anchoras jecere.

MAIUS. 1615.

Kalendis Admirallius Martinum Pieterfz. Luciferi Navarchum, cum Gubernatore clavi Henrico in lembo misit ad rectam viam indagandum.

Paululum progressi, pulcherrimas in terra aves intuiti, sociorumque aliqui impetrata venia exscenderunt, ad eas capiendas. Vix terram attigerant, ecce tibi subito duos silvestres clavis armatos in eos insilientes, duos interfecere, duobus alijs elapsis; quod Admirallius intelligens, exscendendi veniam concessam esse succensuit.

2. Novi Rectores in locum defunctorum electi.

Circa Meridiem profecti sumus ab Oriente brumali flante vento, pulchraque tempestate vsque ad Vesperam, fiximusque anchoras, in pulcherrimo portu, juxta limpidissimum dulcis aquæ fluvium.

3. Nocte obiit Abraham Pieterfen Middelburgensis, Admirallij famulus, quem iuxta fluvium sepelientes, ab ipius Nomine Abrahami flumen appellavimus.

Post meridiem Æoli lembus ad stationem quærendam præmissus.

Interim Admirallius, & vicarius ejus cum instructis tribus lembis, ad fluvium specularandum discessere: Verum ingressos tanta cursus violentia propellebat, vt 8 remis vix reditus daretur.

Ad ripam tuguria videbamus silvestrium qui, profugerant. In fluminis ingressu, pali quasi ad piscandum dispositierant.

Redijt

Redijt itaque Admirallius, præmiſſum lembum exſpectans, qui nocte nulla ſtatione inventa reverſus: Nimia enim undique profunditas erat.

4. Convocatis Nautis conſultavit Admirallus, num profiſciſcendum eſſet, concluſum duos alios lembos ad percunctandum præmittendos. Quo factò, ventoque ſub Meridiem ad Orientem verſo vela fecimus, curſumque ad Occalum æſtivum direximus.

Ad littus Septemtrionale Canalem conſpeximus, ejuſdem cum Magellanicis longitudinis, in quem magno impetu æſtus ruebat.

Sic progredientes ſignum ſubinde tormento præcedentibus lembis dabamus, ut nos ſequi intelligerent.

Inclinante die redeuntes lembi ſignificarunt; ad Caurum rectè ante nos anguſtiæ jacere ingreſſum: Secundo igitur æſtu ventoq; tota nocte procedendum judicavimus. Opponebant ſefe aliqui, ſubiſtendum uſque ad lucem aſſerentes, quia inter altas terras ad Caput Mauritij tranquille poteramus conſiſtere. Tandem exortus ſecundior ventus diremit certamen. Martinus Pieterſen cum Laro præcedebat: Horribile autem erat adſpectu, cum tantis navibus inter altiſſimas terras, in ea profunditate, qua anchoræ figi non poſſent, nocte procedi.

Paulatim dilatabantur anguſtiæ; ita ut recte in altum tenderet aſpectus, orta que malacia, Admirallij navis ad Auſtrale littus propulſum, qui tormento ſignum dedit lembis, ut ſibi eſſent auxilio, ſed ij vix acceſſerant, cum ſubito melior ventus aſſavit: ita ut tota die ac nocte ad Hypocorum feliciter progredere mur.

6. Mane fortis erat ventus impleto nebulis cælo. Tum aſpeximus Auſtralem augulum notum acumine ſuo, & ex ignis quaſi turriculis discriminatum.

E

Perç

Perreximus hoc modo, vsque ad littus Septentrionale, insulis ac syrtibus periculosum. Eodem ipso die divino auxilio in Australe mare pervenimus, sit benedictus in sæcula Amen.

Numerus quartus est

Insula Lamocha notata literis A.B.C.

- | | |
|--|--|
| <p><i>A. Sunt lembi quibus appulimus.</i></p> <p><i>B. Modus tractandi nostrorum cum incolis, permutando secures, ac cultros, cum ovibus, gallinis & fructibus.</i></p> <p><i>C. Sedendi ipsorum modus, uno crure alteri superposito, ad sartorum consuetudinem.</i></p> <p><i>D. Tubicines, musicique nostri in littore concinunt.</i></p> <p><i>E. Mochiani cum delectatione auscultant.</i></p> | <p><i>F. Tuguria ipsorum à quorum ingressu nostros arcet.</i></p> <p><i>G Oves, aliaque ad permutandum adducunt.</i></p> <p><i>H. Larus nostra sub littore excubans.</i></p> <p><i>I. Quatuor nostra naves, ad quas lembi ultro citroque commeant.</i></p> <p><i>K. Vestitus ipsorum.</i></p> <p><i>L. Gibbosa ipsorum oves ad instar camelorum.</i></p> |
|--|--|

S VB meridiem incumbente vento, cum conaremur intra naves recipere lembos, major Admiralli tempestate convulsus, vi undarum ablatus est, reliquis ægre introreceptis. Ipsæ naves haud minore in discrimine versabantur: verebamus enim ne ad insulas nos ventus alideret.

Tota nocte crescebat tempesta, cum continuis imbris ac grandine.

Sitz

la Mocha



Sitæ sunt hæ insulæ in Australi mari ad angustiarum Magellanicarum finem, quas Sorlingæ vocavimus, ob earum quæ in Anglia sunt similitudinem.

Periculosæ sunt hæ Magellanicæ propter fyrtes, atque elevatas insulas, absque vado in quo anchoræ figi possint:

Australe promontorium, dictum caput Desirado mirabilem præfert formam, ut in tabulis videre est, ipsæque transitis fere tempestas incumbit ad aliorum periculorum complementum, ut ex aliorum diariis potest intelligi.

7. Sub vesperam validior ventus versus ad Septentrionem; ita ut contracto superiore velo tota nocte cursum obliquaremur,

8. Perduravit idem ventus: sed nono sedatus, quo meridie 50. graduum habuimus altitudinem.

10. Vice-Admirallius, quem 8 tempestas auulserat, redijt. Tum cursum ad Zephyrum instituimus, flante Circio, eoque magis ac magis inalescente, cum pluvia ac nebulis.

Sic procedentes 21 terram Chili aspeximus, vertimusque in altum Adiapgem, vidimusque ad latus insulam, quam Lamocha judicabamus, invenimusque 38 cubitorum optimum vadum. Post meridiem validius flabat Aquilo, pluvio cælo.

22. Mane cum durasset eadem tempestas, sub meridiem sedata est, verso ad Zephyrum vento, flectentibusque nobis ad Borrhælioten.

23. Prima luce insulam de Lamocha clare conspeximus, tendimusque ad illam plenis velis, flanteque Austro ad Orientem perreximus, usque ad meridiem, quo malacia nos detinuit. Tum Admirallius tormento senatum coëgit. Primis tenebris ad moderandum cursum supremum velum contraximus, usque ad noctem, qua orta malacia.

E ij

Ante

24. Ante auroram Hypaquilo afflavit, mediocri frigore, directo cursu ad Mesoeciam: ita ut ante vesperam duas aut tres leucas distaremus à terra, jactis anchoris ad 18 cubitos, percommodo vado.

Cum autem adversus ventus ab insula nos repelleret, obliquato tota die cursu, vno ab insula milliari fiximus anchoras, terra erat ad Septentrionem humilis & lata, scopulosa ad Austrum, ad quos mare allidens murmur excitabat.

25. Mane obliquando stationem ingredi conabamur: sed nihil effecimus vsque ad vesperam, qua media leuca à terra quievimus. Convocavit Admirallius nauticum senatum.

26. Prima luce conclusum à convocato rursus senatu, ut quatuor lembi cum mercibus valido praesidio instructi, ad terram mitterentur. Paulo itaque post Admirallius ipse cum plurimis è senatu profectus. Accedentes ad terram videre in littore incolas plurimos, cum ovibus, gallinis, aliisque volatilibus obferebant.

Circa meridiem Admirallius cum comitatu ad navem redijt, insulae dynastam, cum filio adducens, qui lautè exceptus est, sumtoque prandio ostensa ei navis, tormentaue bellica, quae ad oppugnandum Hispanum adducta intelligentes, gaudium praetulerunt. Mansere totam noctem apud Admirallium, à quo opiperà rursus coenà excepti.

27. Admirallius milites suos armatos, tanquam in acie disposuit, mire Chilesijs arridente spectaculo.

Post jentaculum ab vniversa classe ad terram deducti, honoratique tormentorum dispersione.

Permutavimus rursus secures, corallum, aliaque similia cum ingenti ovium multitudine. Pingues binas oves pro vna securi largiebantur, magna cum humanitate, nullo tamen

men ad tuguria, vxoresque accedere permisso, ipsi ad lembos vniversa iportabant. Tandem cum manibus innuissent vt discederemus, vela fecimus, flante Austro, ad Septemtrionem.

Inter cæteras oves, quas accepimus, vna erat longissimo collo, gibbosa, ore leporino, longissimis cruribus. Hisce ovibus asinorum, aut equorum loco ad agriculturam vtuntur.

Ad centum oves accepimus magnas & pingues, alba, vt nostratium, lana: ingentem præterea gallinarum, aliorumque volatilium multitudine quibus nostri recreati, dedit autem in compensationem secures aliquot, cultros, indusia pileos, aliaque similia: ita vt summe amici discederemus.

Optime morati erant Chilesij, ad Christianorum mores accedentes, si diutius morari placuisset, plura ab ijs accepturi eramus.

28. Mane secundus Auster afflavit ad Aquilonem tendentibus, ita ut meridie Continentem aspiceremus, quam S. Mariam arbitrabamur. Coëgit interim Senatium Admirallium; qui cum conueniret, Venator noster in Admirallium impegit, ita ut utraque navis cohæreret, ut vix summo labore possent divelli, non absque gravi damno, ruptis velis &c.

Sub vesperam eramus ad littus, juxta insulam quandam, quam prius S. Mariam iudicaveramus. Erat autem prærupta & acuta rupibus: quapropter iterum in altum obvertimus, tota nocte usque ad lucem modo accedentes, modo recedentes.

29. Cum haud procul à terra distarem, legentes littus usque ad S. Mariæ conspectum processimus, ad quam post meridiem in stationem venimus, jactis anchoris ad sex cubitos.

Paulo post 26 equites lanceis armatos hinc inde obequitantes aspeximus, convocatoque consilio, ex ejus sententia, missus ad terram Fiscalis, cum lembis validè instructis, ad explorandum, num cum Indianis gratia conciliari posset. Rediens Fiscalis, Hispanum Indumque

E iij

unum

vnum secum adduxit, relicto obside vno ex satellitibus.

Hi duo obsides totam noctem nobiscum mansere.

Primo accessu nostro navem quandam ad angulum stantem deprehenderamus, quæ nobis visis fugam arripuit.

Numerus quintus est

Insula S. Mariæ, rebus omnibus annotatis, vt sequitur.

A. Est Continens Chili, dicta Cabo de la Vapij.

B. Equites Hispani sese ostentantes.

C. Milites nautaque nostri, dispositi ad pagnam

D. Est oppidulum S. Mariæ, quod flamma absumsit.

E. Velitationes aliqua, adversus Hispanos, in quibus nonnulli occubere.

F. Locus, ad quem nostri appulerunt. accepiisque ovibus, alioque comœatu recessere.

G. Lembi nostri ultro citroque comœantes, portantesque annonam.

H. Vna navium nostrarum excubans ad littus.

I. Reliqua classis nostra.

AD Boreale latus hujus vadum erat, tribus omnino Leucis in mare excurrens.

30. Mane Admirallius milites armatos, stantes velut in acie, Hispano ostendit, qui accurate notare singula videbatur.

Inde in vice Admirallij navem deductus, similiter armatos invenit, vbi sclopetorum dispositione honoratus; sed tormenta Admirallius exonerat.

Invitato ad prandium vice Admirallio, Mercato ribus, & Ducibus aliquot, Hispanus cum ijs ad terram discessit.

Nec

Santo Maria.

N. 5.

*Cabo de la
Vapna*

A

G

H

E



Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to the high contrast and noise of the scan.

Nec dum discubuerunt, ecce tibi subito Venatoris lembus insequutus aperuit, visam e navium hominum armatorum turbam, recta tendentium ad locum in quo pransuri erant; quo audito confestim captivum adducentem Hispanum ad classem rediere.

31. Cum aurora Admirallius ad terram appulit, vna cum tribus militum vexillis, nautisque aliquot. Vix ad terram accesserant, cum subito Hispani incenso templo suo profugere.

Processere nostri usque ad stationes ipsorum, ingentique præda ovium gallinarum, aliorumque potiti sunt.

In velitatione duo tantum vulnerati nostrorum, quatuor Hispanorum occisis, sed quia equites erant insequi non poteramus.

In discessu mansiones ipsorum, apprimè rebus omnibus instructas incendimus, quæ ex Hispanicis arundinibus compositæ clarissimè arserunt.

Circa vesperam cum præda redivimus.

Hæc insula S. Mariæ optima est, fertilis, & salubris: auri argentique caret fodinis: sed frumento, hordeo, pisis, ovibus, gallinis, & similibus abundat. 500 circiter oves hac expeditione cepimus, aliaque complura.

ORDO

ORDO

Classis in mari Australi, habentis 37 circiter graduum

Poli antarctici elevationem.

Singuli Duces aut Nauarchi, hunc ordinem accurate à suis observari curanto. Bellici apparatus præfectus cum socio & sclopetarijs attendant, vt tormenta, sclopique instructi, paratique sint, additis ea tractandi peritis, vt omnia ordine procedant.

Globi, lucernæ, aliaque necessaria parata sunt.

Sit præparatus ad singula tormenta pulvis tormentarius, pro decem minimum dislosionibus: ne inter dimicandum, cubiculum pulveris ingredi necesse sit.

Stet autem inferius loco amplo pulvis, vt quantum fieri potest à periculo removeatur, sintque inter pugnandum periti, qui talem, qualis petitur exhibeant.

Curent quoque Duces aut Nauarchi, vt ad singula accurate attendatur, constitutis qui defendant, offendant, adsint tormentis, curent vela.

Fabris cura incumbat præparandi, quæ necessaria erunt pugnæ, attendent quoque Nauarchi, ut quisque officio suo satisfaciat, omniaque nautica armamenta, armaque, tam ad defensionem, quam ad offensionem præsto sint.

Qui

Qui clavum gubernant, singularem imprimis adhibeant diligentiam, ut hic ordo servetur, attendentes imprimis, ut suo tempore appellent, navemque inflectant.

Attendatur quoque, ut in prora, puppique, vasa aquis plena, scalæque adsint, ad arcendum si forte ingrueret incendium, prælijque tempore aqua navis aspergatur, ne forte fomes in pulverem incidat.

In insula S. Mariæ intelleximus transisse illac in Aprili ternas naves mille hispanis instruktas: quarum maxima 40. æneis tormentis armata erat, reliquæ servata proportione, ut nos quærent, de quorum adventu plurimis ante mensibus fuerant edocti, quemadmodum ex captivi Hispani confessione cognovimus.

Hoc intellecto statutum eas quoque à nobis esse insequendas.

Primo in insula Conceptionis, deinde in Valparesa, postea ad littus Aricæ, illac enim dicebantur Pannaram profecturi. Plures quoque in Lima similes esse Hispanus asseruit, ad nos expectandos, Belgas habentes tormentorum Præfectos. Cum autem priores inventum à nobis iri speraremus, hunc ordinem constituimus.

Præter præcedentem ordinem dux militum ad producendos forti animos suos incumbat, ad classis nostræ conservationem.

Eo autem loco statuat, quo Admirallius vicariusque ipsius judicabunt.

Absentibus ijs Navarchus vices supplebit, ne discursu militum oriatur turbatio: servata tamen in omnibus integra mercatorum auctoritate, quibus nihil fiet inconsultis.

Inter præliandum nemo miles, nisi Ducis jussu locum deserat aut mutet.

Vulnerati, à constitutis ad id, auferentur.

Durante diu prælio, si cui deficiat pulvis, ne se loco moveat, sed tradat pyxides suas ad id constituto, instruendas.

F

Si

Si hostilium navium magnitudo nostras exsuperet, caveat Nauarchus, ne cohærentes, affixæque nostris, hominum multitudine nos obruant.

Quod si ramen contingat, curabit tormentorum præfectus, & sclopetarij perforare ac demergere adversariam navem.

Si nostris non jungant se hostes, nos id præstemus; si absque præfenti discrimine fieri posse videatur.

Attendamus oportet ulterius proficisci nos habere in mandatis, non ignorantes, vix posse restaurari, si quibus in rebus damnum nobis inferatur, ut qui remoti à nostris inter medios hostes versemur.

Si hostiles naves occurrant, Admirallius, Sol atque AEolus, Hispanicum Admirallium invadent.

Vice-Admirallius, Luna, Lucifer, similiter Hispanorum Vice-Admirallium invadent, cum tertia Venator configet.

Hic ordo constitutus observabitur si in mari hostis occurrat. Verum si in portu aliquo aut terra inveniatur, tormentis urgeamus, & firmiter adhærentes, studeamus demergere, pro ut sese offeret occasio.

Si contigerit 7. aut 8. naves occurrere; plures enim in Australi mari colligere non possunt.

Secundo vento procedentes non nihil obliquando conjunctim manebimus.

Tum si navium aliquæ celeriores, consueta temeritate, nostras invaserint; ab omnibus pariter excipientur.

Statutum omnibus erit, citius morté occumbere, quam in manus hostium ullo modo pervenire.

Si onerariæ aliquæ ulli navium nostrarum occurrant, tormentorum aliquot disposure signo dato,

dato, reliquæ omnes ad eas assequendas accurrant.

Ad constitutionum harum observationem singuli Duces, suos hortentur: præsertim vero attendendum ne incuria invicem divellamur.

IUNIVS. 1615.

Kalendis Iunij post meridiem vela facientes tendimus primò ad Continentem atque inde ad Aquilonem, donec occumbente sole jecimus anchoras ad 26. cubitos, sub finem magni vadi, de quo supra.

Noctu ventus ad Septemtrionem versus nos detinuit.

Haud longe aberamus Auroca: oppidulum est 500. Hispanorum munitum præsidio, qui absque intermissione à Chileijs oppugnantur.

Validissimæ hoc loco vires Hispani, sed ne potestatis suæ terram universam, perpetua bella efficiunt.

3. Mane primâ luce profecti, legentesque littus secundo Austro, post meridiem insulam attigimus, haud longe à Continente dictam Quiriqueynam, pone quam ad oppidulum dictum de Conceptione accessimus, in quo præter Indorum plurimos, ducenti Hispani erant, ut à captivo nostro intelleximus, quia autem non aspirabat ventus quo ad oppidum possemus appellere, ad 26. cubitos jecimus anchoras.

Mansimus his locis usque ad 11. ejusdem nihil dignum memoratu facientes elevato polo 33. gradibus & 23. minutis. Eodem die ab Admirallio & vicario ejus conclusum, ut ad terram proficissemur. Venimus autem ad angulum, juxta callem à summo montis cacumine decurrentem.

Arbitrabamur esse Valparisam: sed contrarium postea comperimus; processimus itaque

usque ad solis occasum, jecimusque anchoras ad alium angulum priori persimilem, terramque pulcherrimã. Convocato senatu dum consultaretur, Martinus Petri Luciferi Nauarchus accessit, ajens cornu à se auditum, visumque in terra ignem: accessere itaque ad littus 3 instructi lembi, Admirallij jussu: qui nihil præter aliquos homines de monte descendentes, bestias ad littus, ad pedem montis casas nonnullas intuiti sunt, quas nemo accessit: quia in mandatis Admirallius non dederat.

Numerus sextus est.

Conceptio litteris demonstrata, ut sequitur.

A. Est insula Conceptionis 36 graduum & 40 minutorum elevatione.

B. Est insula Quiriqueyna, in qua tuguriola aliquot intensa.

C. Est oppidulum Conceptionis plenum Hispanis.

D. Classis nostra.

E. Silvestres equi, quorum ibi copia.

F. Vestitus ipsorum.

12. **C**VM Aurora rursus vela fecimus flante Austro littus legentes. Circa meridiem portum Valparisanum intravimus, stationem navibus fidissimam. Ad littus tres casæ erant, & ante illud navis stans in anchoris: qui inerant visis nobis, igne injecto, ardente navi in rivum aliquem fugerunt acutis clausum rupibus. Misimus confestim lembos nonnullos, qui insequerentur, qui ab Hispanis sclopetarijs accedere prohibiti, tandem perripere: sed prævaluerat ignis: rediere itaque ad classem, jacentem ante dictas casas, solo Venatore apud combustam navem relicto.

Congre-

Digitized by Google

Congregato senatu & consultatione præmissa, Admirallius cum vicario, alijsque & ducentis militibus in terram egressus, Hispanos, qui tres casas incenderant stantes in acie deprehendit pedites equitesque; sed propter tormentorum nostrorum assiduam displosionem accedere verebantur.

Cum nihil auderent Hispani, sed magis magisque reciperent sese, ingruente nocte ad naves rediimus, anchorisque sublatis inde in altum discessimus.

Circa mediam noctem quievimus adductis velis; propterea quod portum de Quintero transire verebantur.

Omnibus his locis, quæ memoravimus, adventus nostri diu ante fama pervenerat, ut etiam intelleximus a Iosepho Cornelio captivo nostro. Rodericus de Mendoza tribus ante mensibus, nos in Baldavio alijsque Australis maris locis, cum duabus triremibus & una Celoce quæsierat.

13. Erat malacia, & ad terram attingendam laboravimus.

Meridie 32. graduum & 15. Minutorum habebamus.

Post meridiem venimus ad portum Quintero, amænissimum, fidamque navibus stationem præbentem, ibique quievimus.

Eodem vespere, cum tribus armatis lembis Admirallius appulit, tum ut situm loci contempleretur, tum etiam ut recentem aquam, cujus inopia laborabamus, inquireret.

Conspeximus hic complures bestias, boves, ovesque arbitrati, sed postea silvestres equos esse deprehendimus, ad potandum accedentes fluviolum è monte dimanantem. Hi nobis visis, extemplo mira celeritate profugerunt, nec ultra rediere.

14. Admirallius cum Vicario suo Ducibusque nonnullis, & magno militum numero, rursus

F iij

appulit

appulit, ad præstandam aquatoribus nostris securitatem. Semi-luna excitata, fixumque vallum, ad propulsandos hostes, si ingruerent.

Numerus septimus est

Valparisa, quæ est portus urbis S. Iacobi, quæ 18 leucis abest à littore.

A. Est portus Valparise.

B. Milites nostri stantes in acie, ad conferendum prælium.

C. Hispanica navis inter rupes ardens.

D. Classis nostra, quæ subinde in Hispanos exonerabat.

E. Varia turma Hastatorum equitum Hispaniensium.

F. Sclopetarij nostri velitantes cum Hispanis.

G. Casa aliquot ardentes.

H. Locus ad quem lembi nostri commebant.

I. Forma & habitus incolarum.

O Stendere se nonnullæ equitum turmæ; sed accedere non ausæ, quanquam invitarentur, in valle manserunt.

16. Data Lusitanis duobus E. S. Vincentio; unique Chileño ex S. Maria libertas, qui insperata felicitate læti, cum summa gratiarum actione discesserunt.

Portus hic Quintero amœnitate statione percommoda, dulcibus aquis, nulli secundus.

Hoc loco Magister Candiluis aquatum processit, sed multorum hominum jactura, nos vero Deo laus omnibus salvis.

Semi luna nostra valide munita erat, unde eam Crevencuer appellavimus.

Eodem

Val Parysa.

Nº 7.



Quintero

Nº 8.



Eodem loco reperimus alium quoque fluvium, in quo plurimos pisces cepimus.
Erat præterea lignandi commoditas: ita ut hic locus commodissimus omnino habendus sit.

Numerus octavus est Quintero.

- A. Est Quintero portus percommodus, 8. graduum elevatione.
- B. Est Crevecuer, semiluna excitata ad defensionem aquantium.
- C. Est Classis nostra sita in anchoris.
- D. Milites nostri provocantes hispanos.

- E. Hispani equites nos quotidie invadentes.
- F. Milites nostri ad Occidentalem, præstantes securitatem aquatoribus.
- G. Lembi nostri commeantes.
- H. Equi silvestres.
- I. Habitus ratio.

17. **I**N altum processimus secundo cursu, usque ad sequentem mensem, nulla dignum memoratu fortuna.

IULIUS. 1615. —

Kal. Iulij littus legimus usque ad vesperam, qua quievimus, ne oppidulum Arricqua præter vereremur.

2. Dictum oppidulum accessimus, situm 12. gradu & 40. minutis. Ad unum latus visitur excelsus mons, & in declivitate ejus, amplus pagus, domibus frequens; ab altero latere viridis amænusque locus varijs confitus arboribus, ut citrijs Auriacisque inter alias.

Ad hunc locum ex Potesia argentum convehitur, atque inde Pannamam versus, deinde tetrestri itinere ad Portavelam, aut mari recta in Hispaniam.

Quia

Quia autem nullas ad convehendum argentum naves invenimus, discessimus in altum.

10. Tranquillum erat, pluviosumque cœlum: quod mirabamur, quia affirmabat captivus noster perpetuam hic serenitatem, Vice-Admirallius retulit ad Admirallium, navem sibi esse conspectam; quapropter duo missi lembi armati, ad certiora referenda: qui vespere redeuntes, nil sibi præter exiguum velum visum esse retulerunt; quod ut tum opinabamur, & postea deprehendimus, ad explorandum, significandumque undique adventum nostrum processerat: Limæ enim indies de nobis nunciij ferebantur.

11. Habebamus 13 gradus & 30. minuta,

Post meridiem iterum illud velum apparuit, insequentemque Venatorem nostram celeritate elusit.

Sub vesperam malacia nos tenuit.

12. Ad terram accessimus, fiximusque sub solis occasum anchoras ad 50 cubitos.

13. Conatos proficisci Malacia impedivit.

14. Missæ binæ cum armatis ad terram liburnicæ, acceptis mercibus, ad contrahendum cum Indis.

Appellentes nostri plurima ædificia conspexere, in modum civitatis aut munimenti, propriusque accidentibus structuræ duæ in Monasterij aut arcis modum apparuere, quas excelsus murus, vetustate pæne collapsus ambibat. Post hunc latebant armati equites peditesque jaculantes in nostros, quibus conferere manus concessum erat.

Obequitabant hostes sonante tympano, usque ad littus procedentes, donec dejectis quatuor ipsorum, nostrisque illæsis, rursus muro se texere.

Post meridiem legimus littus, sed confestim quiescere malacia coëgit.

16. Prima aurora, adhuc maligna luce conspectam navem, Admirallij jussu 4. instructi lembi inse-

quati,

quiti, absque pugna cepere.

Nauarchus cum alijs Luburnica conati evadere, retracti à nostris & ad classem adducti sunt.

Novemdecem numero erant ad ferendas olivas, & similia parvi momenti, tendentes.

Pecuniæ summa non exigua inerat, quæ maximam partem à militibus & Nautis occulte direpta.

Nauarchus erat Iohannis Baptista Goufaves, bonus modestusque vir, veniebat Aripica ad Caljou de Lima proficiscens.

Translatis mercibus perforata demersaque navis.

Eodem vesperè vela prospeximus, quæ ingentia videbantur.

Asserere captivi, Ioannes Baptista imprimis, esse classem Regiam, quæ nos expectabat, eamque nos absque dubio invasuram, quanquam non è sententia, ampli consilij Peruani, quod judicaret minime decere Regiam classem, certam de adventu nostro emunitioibus suis excendere, expectandos, nos potius ad littus Caljou in quo dispositio tormentis juvari naves in prælio possent. Opposuerat se Rodericus de Mendoza classis præfectus, consanguineus Marchionis des Montes Claros regnorum provinciarumque de Peru & Chilli Vice Regis stulta imaginatione & juvenili temeritate ductus; asserens, duas navium suarum universam Angliam domituras; quanto magis nos, quos pullos gallinaceos appallabat.

Addebat longa profectione defessos nostros, absque dubio magnam partem mortuos, agrotos, aut saltem inermes esse.

Omnem apparatus nostrum certo diminutum.

Postremo constare sibi, adventum suum, impugnationemque minime expectaturos, sed tradituros classem in manus suas, plurimorum aliorum exemplo.

G

Quibus

Quibus auditis Vice-Rex haud minori ambitione tumens. *I*, inquit, ligatisque pedibus, adduce: quo magis incensus Mendoza juravit se, non nisi cæsis captisque nobis, rediturum.

Conclusum tandem à consilio rectè sensisse Rodericum, qui accepta potestate cum navium Regia classe ex portu Calliovano undecimo Iulij processit.

Nomina & circumstantiæ hostilium navium, ut excaptivo postmodum Capitineo Gaspare Caldron accepimus, hæc erant.

Navis Admirallij dicta Iesu Maria, 24. æneis majoribus tormentis armata erat, instructaque omni bellico apparatu, 300 tam milites, quam nautas habebat, duos Centuriones, unum Satellitem majorem, Archi-vexilliferum unum, 24. Reformatos vexilliferos ac satellites, cum pedissequis suis, excepto Roderico, cujus latus plurimi proceres cingebant. Vniversus numerus 460 erat.

Steterat Regi hæc navis 158 millibus ducatorum.

Secunda vocabatur S. Anna 14 majora ænea tormenta habebat, exceptis plurimis minoribus.

Præerat Admirallius Alvares de Piger, vir strenuissimus, omnium qui in hæc partes missi erant, qui aliquot ante annis Anglicam navim in Australi mari ceperat.

Vicarium & successorem si quid humanitus accidisset habebat Gasparem Caldron.

Inerant 200 Nautæ ac Milites, Centurio unus, vexillifer & satelles, plurimique voluntarij, cum pedissequis, omnes numero 300.

Pulcherrima erat validissimaque omnium, quas unquam India conspexerat navis 150 millium ducatorum.

Tertia erat Magni roboris dicta Carmer, præfecto Iacobo de Strabis, campi magistro instructa,

structa 8 majoribus æneis tormentis, 200 militibus ac nautis, præter Duces, eorūque comitatū.

Quarta dicebatur S. Iacobus paris fortitudinis & apparatus, virisque totidem, exceptis 6 Ducibus Chilliensibus, præerat campi Magister Hieronymus Peraca.

Quintæ, cui nomen Rosarium (Mingo de Apala, armatæ 4 æneis majoribus tormentis, centumque & quinquaginta viris.

Sextæ, quæ S. Franciscus dicebatur imperabat Ludovicus Albedia: nulla tormenta habebat, septuagenos modo sclopetarios, vicosque nautas. Primo congressu nocte demersa hæc navis, ut dicitur.

Septima dicta S. Andreas præfectum habebat Ioannem de Nagenæ, Germanum natione, instructa 80 sclopetarijs, 25 Nautis, absque tormentis.

Octavâ Vice-Rex post classis discessū in subsidiū miserat, de cuius instructione nihil cōstat.

Sequenti die 17 Iuly mutuo appropinquavere classes: ita ut sub vesperam haud multum distarent. Quod advertens Admirantius, expertus miles, minime è re suorum arbitratus est adeo noctu ad hostem accedere: Misit itaque confestim piscatorium lembum ad Rodericum Admirallium, testatus si nocte confingeret se ab omni culpa alienum.

Rodericus tamen, inflatus ambitione ac superbia, circa decimam noctis Horam magnam Solem nostram, in qua Admirallius versabatur aggressus est, & post nonnullos sermones ultro citroque, sclopetum primum, deinde tormenta utrinque exonerarunt.

Postquam Admirallius noster summo ordine exonerasset sclopos, tali tempestate tormentis suis in Mendozam detonuit, ut 16 liberari omnino isto lusu optaret. Verum ne divelli possent Admirallij malacia fecit.

Elapso tandē Hispanico Admirallio alia subsequuta navis, minori dāno celeritate sua evasit.

G ij

Hanc

tertia excepit S. Franciscus dicta, quæ in latus Admirallij nostri impingens, ita ab eo perforata est, ut aquam hauriret, ac jam demergenda videretur: verum inde ad Venationem procedens ab ea demersa est occisis Hispanis, magno Venationis bono, in quam eodem tempore Hispanicus Admirallius in vectus est, cum ipsa sese ab alia expedisset nihilominus tamen succubisset, nisi Admirallius noster advertens instructum armatis lembum submisisset auxilio, idem à vicario suo fieri mandans: sed quam primum Admirallij Venationem accessit, ab ea tormenti ictu demersa est, propter tenebras ignota: vno tamen excepto, reliqui in Venationem evasere. Interim Vice-Admirallij lembus appropinquans Venationem discrimine liberavit.

Numerus nonus est prælium Nocturnum,

quemadmodum cum Hispanis confliximus.

- | | |
|--|--|
| <i>A. Est Hispanicus Admirallius.</i> | <i>G. Est Lucifer.</i> |
| <i>B. Est Admirallius Georgius Spilbergen cum eo confli-</i>
<i>gens.</i> | <i>H. AEolus, quam hac nocte malacia ab Hispano arcuit.</i> |
| <i>C. Hispanicus Vice-Admirallius.</i> | <i>I. Hispanica navis cum Vice-Admirallio nostro confli-</i>
<i>gens.</i> |
| <i>D. Nocturnum Hispanorum muuimentum.</i> | <i>K. Duæ Hispanica naves subinde jaculantes.</i> |
| <i>E. Alia Hispanica navis, de qua dictum:</i> | <i>L. Venator, Hispanicam navem demergens.</i> |
| <i>F. Est noster Vice-Admirallius, nomine Aulicus.</i> | <i>M. Navis Hispana, tormentis lacerata, subsidens.</i> |

EAdem nocte Hispanicæ aliquot naves Vice-Admirallium nostrum adortæ, ab eoque repul-
sæ sunt.

Tota

NOCTURNUM PRÆLIUM.
Battaly by nacht.

No. 9



Tota nocte Admirantium, seu Hispanicum Vice-Admirallium, cum alijs quibusdam navibus, reperire non valentes, arbitrati sumus eas cum AEolo & Lucifero nostra configere, quæ malacia à nobis abcesserant: quæ & impeditur ne ad classem tota nocte possent accedere. Orto itaque sole 18 Julij eadem naves nostræ ab Hispanico Admirallio deprehensæ alacriter eum repulere.

Exorto interea vento, quinque hostium naves conjunctæ miserunt ad Admirallium suum, declarantes esse sibi in animo omnino è manibus nostris elabi, ut postea à captivis intelleximus.

Quo ab Admirallio nostro & vicario ejus adverso in Rodericum & Admirantum investiti sunt: quapropter primo versus in fugam Rodericus, cum cerneret Admirantium insequi se non posse adductis velis eum exspectavit.

Vice-Admirallius noster itaque primus assecutus, in eos explosit, donec Admirallio accedente, cruenta inter eas quatuor orta pugna.

Tandem AEolus nostra accessit, in Hispanos exonerans: quorum utraque navis conjunctis lateribus invicem affixa sese nobis offendendas facibus præbuere. Tandem ad angustias reducti Hispani, qui in Vice-Admirallio erant, ad Admirallium transilire, in quo non ultra 50 vivos reperierunt, ut ipsorum confessione accepimus.

Prætendere interea album pacis vexillum, quod aliquoties à Nobilibus quibusdam retractum, malentibus occumbere quam in nostram venire potestatem. Virgentibus nobis, qui ex Vice-Admirallio transilierant, rursus ad suam redire, novis animis pugnam instaurantes. Tandem Vice-Admirallius noster, fluctibus inter utramque hostilem pulsus, gravissime ab ijs oppugnatus est.

G iij

Postremo

Postremo ex Admirallio Hispani in Vice-Admirallium nostrum transfiliere, sed à nostris repulsi interfectique sunt.

Cum nostri interea validius incumberent, Admirallius hostium in fugam versus nostrum insequentem beneficio noctis evasit. Iudicabamus non posse adeo distare, quin sequenti die cum reliquis inveniretur, intelleximus autem postea ab Indis eandem cum navi S. Francisci viam tenuisse.

Accepimus quoque navem S. Mariæ esse demersam.

Numerus decimus est prælium diurnum.

exhibetur Hispanorum fuga, post quam aliquæ ipsorum naves demersæ.

- | | |
|---|---|
| <p>A. Ostendit qua ratione media Lima, quam malacia inter duas Hispanicas naves compulerat acriter se defendat.</p> <p>B. Sunt dua Hispanica Lunam Oppugnantes.</p> <p>C. Duo lembi ad Luna accurrentes auxilium.</p> <p>D. Lucifer, quam propter malaciam bini trahunt lembi.</p> <p>E. Est Admirallius Georgius Spilbergen.</p> | <p>F. Hispanicus Admirallius tormentis perfoffus.</p> <p>G. Dua naves nostra Hispanum insequentes.</p> <p>H. Navis Hispanica subsidens ignibus excitatis, multoque hominum ululatu.</p> <p>I. Alia Hispanica navis quoque demersa.</p> <p>K. Reliquia classis Hispanica versa in fugam.</p> <p>L. Tertia navis Hispanica, demersa fugiendo.</p> |
|---|---|

Vice-Admirallius noster unà cum AEolo Hispanicum Admirantium adeo persequabatur, undique tormentis quatiens, ut tandem, ablata evadendi spe, vexillum pacis exponeret, quo



PRÆLIUM DIURNUM.
Battaly by dæegh.



quo Vice-Admirallius aduerso, duos misit lembos, qui ipsum Admirantium adducerent: verum recusavit Admirantius, asserens se ea nocte in sua navi mansurū, nisi vel aliquis Ducum nostrorum loco ejus obses daretur, vel Vice-Admirallius ipse ad sese adducendum accederet: malle se fortiter pro Patria & Rege dimicantem honeste occumbere. Interea unus ex AEolo nostra conscensa Admirantij nave vexillum abstulit, nostrique lembi cum nullam paciscendi spem viderent discessere 10 aut 12 relictis qui aduersus mandatum in Admirantij navem transferant, ut primi in direptione essent.

Nocte Hispani, nostrorum qui apud eos remanserant auxilio, nihil non conati sunt, ut sese à demersione defenderent: Verum videntes, tandem nihil spei superesse, multis facibus accensis, horribilique clamore ad nos commovendos excitato, in conspectu nostro subsedere.

IULIUS.

Sequenti die quæ erat 16 Julij Admirallius noster 4 lembos misit ad investigandum, num forte Admirantius, aut Præfectorum aliquis supernataret.

Advenientes nostri videre 30 circiter in tabulis natantes, qui primo adspectu Hispanos arbitrati auxilium inclamabant, sed viso hostes esse misericordiam vociferabantur.

Lembi nostri non invento Admirantio, quem duobus ultimo prælio acceptis vulneribus, submersum asserabant, Nauarcho socioque ejus acceptis, reliquos undis permisere: quanquam nostrorum aliqui Hispanos nonnullos aduersus mandatum trucidarint. Hic exitus prælij fuit, de quo divinæ bonitati sint laudes in æternum, 40 circiter nostrorum vulnerati, interfecti 16 in Vice-Admirallio, atque AEolo eo maxime tempore quo Vice-Admirallius inter duas
Hispa-

Hispanicas naves versabatur. Ex reliqua classe interfecti 24, vulnerati 18.

Eodem die proficiscentes ad insulam Caliou de Lima, propter malaciam nihil profecimus. 20. Secundo vento dictam insulam prætergressi, portum petivimus, in quo 14 conspeximus naves, quæ ultro citroque juxta littus commeabant, mercimonijs ex Peruvia convehendis, sed proprius accedere, vado prohibiti sumus.

Tendimus itaque ad stationem Caliou de Lima, ad investigandum, num forte Hispanicus Admirallius evasisset, quem demersum postea in Girarme, & Peyta intelleximus.

Postquam ad Lima de Caliou accesseramus, Admirallius noster præcedens jecit anchoras ad 10 cubitos, sub littore. Verum confestim hostes, qui tormentum in terrâ vastissimum collocarant, quo 36 librarum globum eviberabant, aliaque minora, sæpius eum petentes nihil detrimenti intulere. Venator nostra quæ juxta Admirallium jecerat anchoras, à tormento illo perfoffus, tantum non demersus est.

Interea cum ingentem in littore exercitum conspiceremus, ubi ut postea intelleximus præfens erat ipse Vice-Rex, cum 8 equitum turmis, & 4 mille peditibus, & verendum nobis esset, ne ruptis assidua jaculatione rudentibus iter impediretur. Statutum itaque matura deliberatione unam aut alteram leucam recedendum. Quod factum, jactæque anchoræ, ad ingressum portus Caliou de Lima, ubi quievimus usque ad 25, intenti interim ad naves hostium intercipiendas: sed frustra, quia celeritate nostras plurimum antecellebant, nec usquam recedebant à littore: capta tamen à nostris minimi pretij navicula.

26. Profecti sumus littus legentes usque ad post meridiem: tum conspecta à nobis juxta littus navicula, ad quâ tres lembi dimissi, quos minime expectavit reliqua classis, nisi vespere jactis anchoris. Circa idem tempus rediere lembi, naviculam adducentes sale oneratam, & 80 vasis,

Cajou de Lima.

N. 11.



vasis dulcis illius liquoris quem Syropam appellant.

Cognito nostrorum adventu deserta navicula fugerant Hispani, ablatis secum quæ tollere poterant.

Adjunxit classi naviculam hanc Admirallius, Ioanne de VVit Præfecto imposito, cum socijs nonnullis.

Numerus undecimus est Caliou de Lima.

Egregius plane portus.

- | | |
|--|--|
| <i>A. Tormentorum in littore explosio.</i> | <i>G. Hispani in altera fluminis ripa apparentes.</i> |
| <i>B. Elegans in oppidulo adificium.</i> | <i>H. Plurima Hispaniensium naves sita in anchoris.</i> |
| <i>C. Templum.</i> | <i>I. Admirallius noster Georgius Spilbergen.</i> |
| <i>D. Due equitum hastatorum turma.</i> | <i>K. Venator ad alias naves ultro citroque commens.</i> |
| <i>E. Bina peditum legiones ab utroque latere tormentorum.</i> | <i>L. AEolus aneo globo trajecta.</i> |
| <i>F. Dua Hispanorum equitum, peditumque cohortes.</i> | <i>M. Lucifer.</i> |
| | <i>N. Semi-Luna.</i> |

SEQVITVR ORDO.

Seqvens ordo servabitur si Pannamensis classis occurrat.

Petendi tormentis hostes, quibus valemus imprimis, cavendumque ne nimium accedant.

H

Ne

Ne tam temere, quam hostes nostri irruamus, haud ignorantes nos in alieno versari; ubi reparandi classem deest occasio: praesertim quia longius nobis iter propositum ad Manilias unde ingens speratur proventus. Caveamus autem separari invicem, quantum tempestas permiserit, utpote quod maxime praecedente pugna obfuerit.

Numerus duodecimus est Guarme.

Vbi naves nostrae summo labore, portatis per littus vasis, recentem aquam accipere.

A. Diruta arx à nostris occupata.

B. Nostris aquantas.

C. Venator jacens ad littus.

D. Captiva navis Hispanica.

E. Classis nostra, ad quam lembi commeant.

F. Milites nostri commeatum indagantes.

G. Pagus Guarmensis, ad quem nostri processere ad petendum commeatum.

H. Hispanici equites versi in fugam.

I. In aqua dulci piscatio.

SI aliquae hostium naves sese in potestate nostram tradiderint, caveant Nauarchi, Duces, alijque praecipuae autoritatis naves suas deferere: sed cogantur adversarij lebis suis ad nos transire, ne confusio, ut nuper, oriatur, nimia spoliandi libidine.

Si mittendos ad hostiles naves lembos judicatum fuerit, id Admirallij, aut illo absente Vicarij ejus jussu fiat, eliganturque viri prudentes, & hispanicae linguae periti,

27. Flante Africo vela fecimus pulcherrima tempestate.

28. ad Guarmensem stationem accessimus, sitam 10 graduum altitudine extra lineam.

Amanissimus



Amœnissimus hic locus, amplissimo portu, multorumque navium statione, juxta est locus aquæ stagnantis, quam nostri attulerunt.

Primo aggressu militum cohortem ad terram misit Admirallius; sed ab ijs non nisi vacuæ habitationes inventæ, incolis fuga elapsis, quia de adventu nostro cognôrant. Parum igitur prædæ acceptum.

Quamdiu eo loco quievimus, missus subinde ad terram Ioannes Baptista, Naviculæ quam pridie commissi prælij ceperamus Nauarchus, ad explorandas loci commoditates, qui omnibus lustratis, tandem aliquot *Auriaca* poma, aliosque fructus reperit.

Inventæ quoque in domibus gallinæ, porci ac farina. Missus quidam notæ fidei, ut de Roderico, classeeque ejus certiora adferret: à quo acceptum utramque Regiæ classis præstantissimam navem nullo plane servato interijisse.

AUGUSTVS. 1615.

3. Augusti dimissi aliquot captivi Hispani.

Post meridiem commoda tempestate ad *Africum* profecti sumus, usque ad sextum, quo insulam de Loubes adspeximus, sic dictam à piscium genere, quo hic abundant. Transivimus inter Continentem, dictamque insulam.

7. Ad *Africum* dirigentes cursum, usque ad vesperam peregrinæ formæ velum intuiti, paulo post id è conspectu amisimus incumbentibus tenebris.

8. Sub vesperam jecimus anchoras in commodo portu juxta *Peytam* oppidum.

9. E consilij sententia octo liburnicæ cum 300 armatis ad terram missæ, quæ cum videret vallatam urbem ac hostes, nec sine amissione suorum posse invadi, rediere ad classem, velitationibus aliquibus peractis.

H ij

Perijt

Perijt his levioribus pugnis unus è nostris Petrus Everardi, tribus quatuorve vulneratis. *Miffæ* AEolus, Lucifer & Venator, ut oppidum Peytam quam proximè possent obsiderent.

Post meridiem ex alto Piscator advenit, ad quam insequendam, missus Ioannes de VVit cum navicula sua, qui vespere rediens adduxit navim mirabilibus velis, cum sex Indis juvenibus, robustisque viris, qui per duos menses piscati fuerant, habebantque plurimos delicati saporis arefactos pisces, qui per classem universam distributi.

10. Rursum milites nostri, sed majori numero, ad terram accessere, tribus nostris navibus, interim horribili furore urbem quatentibus, donec urbem exercitus accederet. Inventa urbs vacua, nam incolæ ablatis secum rebus suis ad montes aufugerant, inique succensa.

Sub vesperam nostri redire ad naves.

12. Missa Venatio, sesquileucam ad Austrum, ut ibi excubias ageret. Reliqua interea classis deserta Payta ad angulum quendam jecit anchoras, & quievit aliquandiu Pannamenses naves expectans.

Missus interea quotidie exploratum cum navicula sua Ioannes de VVit, qui vespere redibat.

Missi quoque ad terram quinque Indi nostri, tum ad carpandos fructus, tum ad certiora de Hispanico Admirallio adferenda; à quibus intelleximus demersum eum, sex tantum miraculo conservatis.

Erat inter Indos nostros qui magnorum secretorum nos praticipes fecit, cui adhibuimus fidem, quod virtus ejus nobis cognita esset.

Attulerunt quoque litteras Indi, scriptas à Centurione Gaspere Caldron ad Paulam, Commendatoris Paytani conjugem, quæ sese à littore leucis in S. Michaelis oppidum receperat: ad quas referebant responsum, quo commiserationis affectum ergo omnes captivos Paula præferbat, affirmans sese nisi gravibus causis impediretur, ipsam ad Admirallium nostrum fuisse venturam.

Mittebat

Mittebat nobis dono plura citria, & Auriaca mala, caules, aliaque quæ inter classiarios distributa.

Ingens hujus fœminæ per universam Peruanam Regionem fama atque auctoritas, tum propter pulcritudinem, suavissimosque mores; tum propter prudentiam, virtutemque ejus. Plurimum apud Admirallium pro captivis, demisseque supplicabat: Verum humaniter ei denegata petitio, additumque, si prius cognita nobis ejus virtus fuisset, in ipsius gratiam Peytanæ urbi fuisse parafuros.

Validissima, præsertim versus mare, & impenetrabilis tormentis erat hæc civitas.

Steterant in ea bina templa, monasterium unum, aliaque complura pulcherrima ædificia, portus erat tota regione optimus, ad quem omnes Pannamensium naves commeabant, indeque terrestri itinere ad Caliou de Lima proficiscebantur, propter perpetuum maris æstum: ventorumque contrarietatem.

Monuerat oppidanos de adventu nostro Vice-Rex, plurimumque bellici apparatus submiserat: Verum quanquam primo die alacriter restitissent tandem nihilominus in nostram potestatem concessere.

Quiescentibus nobis cernens Admirallius diminui annonam nostram, 4 lembos misit ad insulam de Loubes, ut pisces illos Loubes dictos in esum adferrent, adduxere plurimos, qui cocti, suavissimi saporis, optimique alimenti erat: unde reliqua annona parcius usi sumus: donec seditio si aliqui opposuere sese, asserentes tali cibo morbos creari posse. Quapropter captura illorum abstineri Admirallius jussit.

Cepere præterea nostri volucres binas, miræ magnitudinis; rostro, alis, unguibusque aquilæ non absimiles, collo quasi ovillo, cristato ut galinaceis capite, peregrina plane forma.

Cernens Admirallius captivorum maximam partem esse inhabilem, plurimos ipsorum in terram

H iij

expositos

expositos dimisit, retentis modo Nauarcho supremo, Centurione, Gaspare Caldron, & 30 circialijs.

Dimissi quoque prædicti Indi, redditaque ipsis navis.

Numerus decimus tertius est Peyta.

Obsessio, oppugnatio, occupatioque ejusdem, fuga Hispanorum, civitatis incendium, una cum aliquot ipsorum navibus, aveque incredibilis magnitudinis.

- | | |
|--|--|
| <p>A. Exercitus noster in terram expositus, urbem accedit.</p> <p>B. Fugientes Hispani cum nostris praliantur.</p> <p>C. <i>Æolus</i>, Stella Venatorque nostra civitatem quantientes.</p> <p>D. Silvestrium piscatoria navis, Balsam dicta, mira celeritatis.</p> | <p>E. Exigua Balsam absque velo.</p> <p>F. Sol & Luna nostra iacentes in anchoris.</p> <p>G. Captiva navicula Hispaniensis.</p> <p>H. Avis duarum ulnarum altitudine, trium latitudine, capta in insula de Loubes apud Peytam.</p> |
|--|--|

Gubernatinos Peruanæ descriptio, per captivum Hispanum Petrum de Madriga, Natione Limensem.

Regna, Peruanum, Chili & Terra Firma gubernantur modo à Ioanne de Mendoza, & Lima, Marchione des Montes Claros, Vice-Rege Majestatis suæ Hispaniarum Regis, summa cum potestate rerum omnium, qualem ipse Rex in Hispania exercet.

Hoc Vice-Regis officium in sex aut octo annos confert Rex attributis annuè
40000

Payta.

Nº 13.



40000 ducatorum, festis præterea nativitati Dominicæ, epiphaniæ, S. Spiritus & Paschatis. addens 1000 Pesos Enfaiados, singulos valore 12 regaliũ & medij, quia tum universæ Audientiæ Consiliarijs prandium exhibet: singulis præterea annis, quando ad Galao portum venientem ex argenti fodinis classem instruit 2000 Pesos Enfaiados. Ingenti magnificentia Vice-Regi in palatio suo servitur: aulæ enim Præfecti, custodum corporis Duces, Reges sunt: Plurimis Nobilibus comitantibus, & 30 militibus, seu satellitibus potius in publicum proceditur euntis 100 Hastati, & 50 sclopetarij cingunt latus. Annuo 800 Hastati, sclopetarij, 400 Enfaiadorum stipendio fruuntur.

Quatuor omnino audientiæ in hoc regno, unã in Pannama, in Quito altera, tertia in Charlas, quarta in Lima: quanquam regnum Chili unam quoque habeat: ita ut Majestas sua continuo huic regno de Præsede provideat, modo Governatorem habet Alphonsum de Ribera. In Hisce Audientijs sunt Consiliarij Regis, quibus universas tam civiles quam criminales lites decidere incumbit: facta ab ijs appellatione, civilia ab Oijdoribus, (commissarij ij sunt,) & criminalia ab Alcaldis postremum, & absque appellatione judicantur: Hi omnes uno habitu incedunt, annumque trium millium Enfaiadorum stipendium accipiunt.

Civitas in qua commoratur Vice-Rex Regum civitas appellatur; sita est in valle amænissima, extensa in longitudinem sesquimillari, tribus in latitudinem quadrantibus, frequens est incolis plusquam 10000, exceptis qui commercij gratia indies commeant: quatuor habet fora; in primo est curia, Mercatorumque conventus, hic omnis generis merces distrahuntur. Commorantur iu hac civitate plurimi Indi opifices, in loco qui Cercado appellatur. Magnus quoque agricolarum numerus, qui Hispanice Patates dicuntur. Indorum in Cercado habitantium numerus 2000 accedit: aliud borum S. Annæ dicitur:

dicitur: tertium S. Iacobi paulo minus præcedentibus: quartum vocatur El Sato de Los Cavalles, propterea quod equi, mulæ, asinique in eo divendantur.

Residet in hac civitate Archi-episcopus Bartholemeus Lobo Gueorero, qui annuos sexaginta millium peforum possidet redditus, 24 præbendas habet summa ædes, archi-diaconū unum, Ludimagistros, Canicos, Sacerdotes & Sacellanos, qui 2000 Pefos, aut amplius habent pro ratione decimarum. Quatuor Pastores præfunt huic templo, assignataque à Rege unicuique 15 millia peforum. Dedicatum S. Ioanni Evangelistæ hoc templum, alia præterea 4 templa vifuntur, S. Marcelli unum, cum duobus Pastoribus, mille peforum annuo stipendio: Secundum S. Sebastiani, cum Pastoribus totidem, iisdemque redditibus: Annæ tertium eodem modo cum reliquis: Quartum est hospitalis orphanorum domus, cum uno Pastore, qui quatuor Cathedralis Ecclesiæ ministrat, accepitque ab ijs pefos 500.

Sequentia monasteria sunt in hac urbe, S. Francisci, S. Dominici, & S. Augustini, unumque de Nuestra Segnara de las meriedes, & horum unumquodque duo Ordinis sui claustra habet, S. Francisci tria, ut præter primarium, unum discalceatorum, D. Virginis de Guadalupe.

Præter hæc duo sunt Iesuitarum collegia, quos hic Teatinos appellant.

In singulis præcipuis monasterijs 250 monachi commorantur. Monialium quinque claustra, unum Incarnationis, Conceptionis alterum, tertium S. S. Trinitatis, S. Iosephi quartum, S. Claræ postremum.

Ultra hæc monasteria templum est Dominæ nostræ de Montferrato, & del Prado, atque de Loretto.

Quatuor habent Xenodochia. Primum S. Andreæ in quo gratis pauperibus medicina adhibetur, in eoque fere 400 ægroti jacent. Secundum S. Annæ pro Indis. Tertium S. Petri pro

pro sacerdotibus atque Ecclesiasticis. Quartum Caritatis pro mulieribus. Præter hæc est domus S. Lazari pro viris inveterato morbo laborantibus. Denique unum S. Spiritus pro navigantibus.

Præter mille studiosos, sunt plusquam 600 Sacerdotes. Tria sunt studiosorum collegia; Primum Regium, in quo is 24 studiosos educat. Secundum S. Torinij, in quo 24 sustentat Archiepiscopos. Tertiū S. Martini in quo ultra 400 habitant, singulique ducentos annuè pesos persolvunt.

Plus quam ducenti doctores promoti in omnibus facultatibus sunt in univērsitate: mille pesos à Rege stipendium Professores accipiunt.

Duo sunt auditoria, in quibus ante & post prandium jus civile docetur, binique Professores singuli 600 annuè pesos habent: Artium liberalium magistri 400, quemadmodum etiam ij qui de la instituta appellantur.

Eligunt hi doctores quotannis Rectorem unum.

Sunt in hac urbe ac suburbij ultra 20000 mancipia: plures autem fæminæ quam viri hoc loco videntur.

Eadem cum Hispanis Indi libertate fruuntur: excepto quod singulo semestri binos Enfaidos Regi pendunt, & gallinam unam Regalis pretio, Fenegam 8 Regalium, pannum quoque ex quo vestes Indi conficiunt: si commorentur in vallibus aut campis gossypinum sit oportet, si in montibus laneum.

Obstringuntur ad serviendum Regi annuè 300 diebus, incipientes in Majo usque ad exactum Novembrem: Qui juxta argenti fodinas habitant ijs applicantur, alij agriculturam: accipiunt autem à Magistro operis duos quotidie Regales & medium, præter victum. Serviunt quoque in pecoribus educandis, quorum hic ingens multitudo, ovium præsertim statura quam nostrates majore, camelique similitudine, his equorum loco utuntur in Potochi præsertim.

I

Adducunt

Adducunt Arricani Potochium bestias, frumentum, farinam, Maijs, axicoca, herbæ genus magno apud Indos pretio, quam perpetuo masticant.

In convehendis mercibus suis hisce ovibus utuntur Hispani; quanquam non desit equorum mularumque copia. Conficiunt Indi ex Maijs potum, quem schijca appellant saluberrimum.

Abundat omni genere annonæ hæc civitas, carne & piscibus, pane, cujus 16 uncia Regale veneunt, frumentum ordinariè tribus pesis; quanquam præteritis 8 Philippeis steterit frumentum. Carnis quatuor & medio Regali venditur Aroba, quinque nonnunquam. Recentis piscis libra emitur Regalis, diversi ex mari pisces magna copiâ huc affluunt.

Mænia nrbis flumen præterlabitur, quod imbribus qui hic frequentes & violenti auctum tanta ruit mole, ut pontem lapideum novem firmatum arcibus validissimum abstulerit. Varij, suavissimique in eo pisces capiuntur.

24. Consiliariorum in hac urbe collegium est, Regia quoque domus de contractation dicta; cum 4 Regijs ministris, ut Thresorero, Candidoor, Factoor, & Viadóor. Altarium Regis in hac domo est; tribunal præterea inquisitionis, cum duobus inquisitoribus, qui singuli 3000 pesosum habent. separatus est carcer eorum & Alguisil Maijoor. Notarij duo singuli 4000 pesos accipiunt. Est hic præterea tribunal de S. Crusada seu bulla cum magistris suis, iisdemque stipendijs.

Duabus à mari leucis distat hæc civitas: habetq; præsidio 8 peditum, totidemq; equestrum cohortes.

Portus proximus *El Callao* dicitur, in quo 800 circiter commorantur: juxta est pagus exiguus ducentorum fere Indorum, qui inter Hispanos educati perfectè Hispanico idiomate loquuntur, serviuntque illis in agricultura omnibusque necessarijs: quanquam vini frumentique plurimum

plurimum mari advehatur à *Piscoyka*, & de *la Nacha*.

Vehuntur ex hac urbe Potochium omnis generis Hispanicæ merces, ut panni, sericum &c. et etiam quæ circa *Limam* conficiuntur.

Hic locus Potochij dicitur *la Valla Imperiael*, circuitu suo complectitur altissimum montem in quo argenti fodinæ, quarum horribilis plane ingressus, 400 & amplius gradibus descenditur; tantæ aut tenebræ sint, ut absque candelis, aut facibus nil videas. In his plusquam 20000 Indi fodiunt, alij 100 ferunt metallum ad molas purgandum, ad separandum argentum à scoria. Molunt primum rediguntque in pulverem deinde in alveum quadratum imponunt; additaque aqua, & farina cum mercurio, atque ita terra ab argento separatur, argentumque cum mercurio conjungitur: ad quæ rursus separanda fornacem habent, patentem desuper, supereminente quasi tecto ex argilla, ad quod ignis suppositus elevat mercurium, argento super fornacem relicto.

Frigidus est hic locus, ita ut quatuor leucarum spatia nulli fructus proveniant, excepta herba quæ ab Indis *Ycho* appellatur. Omnis annona, eo ex *Arica*, (portus Potochianus est) convehitur.

Constat hoc loco vinum Peruanum 10 Philippicis, Castellatum 20, *Aroba* carnis uno Philippeo est. Panis libra 2 Regalibus venit. Sita est hæc civitas 180 Hispanicis leucis ab *Arica* portu, plurimi in via, frequentesque incolis pagi. Præest in hac civitate constitutus à Rege quem *Corrigidoor* appellant, singulo sexennio fere mutatur. Haud longe hinc distat *Chuquisaca*, commoda quidem verum non adeo ampla civitas; Episcopum habet 30000 ducatorum redditus possidentem; eadem hic quæ *Limæ* monasteria; sed non eadem Monachorum frequentia: incolarum numerus inter 3000 & 4000.

Potochij 1500 circiter habitant lusorij cartis victum quæritantes, advenarumq; crumenas emungentes.

70 circiter hinc milliaribus alius locus est, in quo argenti fodinæ, dictus Eruco. Paulo propius Limam; aliæ preterea fodinæ quæ *Chocolo Choca* dicuntur, 5000 circiter habitant Hispani, & 4 Indorum millia laborantium in fodinis: frigidius hic aër, quemadmodum in *Potochi*.

Submittitur his locis annona à sito in vallibus oppido *Yla* dicto, portum habent *Pisco*, unde vinum & frumenta convehuntur. Distat hinc 20 leucis civitas *Quamabeluca* dicta, duobusque inde milliaribus pecoris, armentorumque copia, butyri quoque & casei.

Potochio distat 150 fere milliaribus *Cusco*, Plurimi hic mercatores visuntur, lusores quoque qui ab uno in aliud diversorium proficiscentes fallunt viatores.

Haud dissimilis est *Limæ Cusco*, magnitudine ampla, sed inæquali, sterilique solo; quia sita ad montis altissimi pedem: 6000 Hispani incolunt. Plurimi in circuitu Indorum pagi: Habent hic quoque *Corrigidoor*, Episcopum quoque ac Monachos, duo studiosorum collegia, in quibus circiter sexcenti.

Referta pulcherrimis amænisque vallibus hæc patria, fertilitate insignibus, ingens hic Hispanorum negotiantium numerus. Habent autem præfectos suos à Rege constitutos Indi.

Cusco exigua civitas distans a *Guamanga* 60 leucis, pecuniæ imprimis laborat inopia, eo quod nullæ in propinquo fodinæ, annona abundat, pecoribus quoque & armentis, equis præsertim pulcherrimis juxta ac maximis.

Ivancabelica locus est in quo argentum vivum conficitur, mons juxta est excelsissimus, prærupto, inclementique descensu: ita ut scalis descendentes utantur: in cacumine lapides effodiunt, unde mercurius efficitur. Contingit subinde ut supremus labens reliquos impellat.

Haud longè hinc fluvius visitur, quo tincta vertuntur in lapides, potio ejus hominibus lethalis.

Ivancabelica proxima est vallis, quæ *Xanca* dicitur, fertilitate atque amænitate mirabili, cælo percommodo.

percommodo. Ex ea frumentum, Mays, & porcina caro in circumjacentia loca mittitur. Sunt in ea valle ultra 40 Indorum pagi, in quibus 10000 Indi permittis Hispanis.

Vallem de Xanca sequitur alia, Indis tantum habitata.

Inter *Custo* & *Aricam* plurimi sunt Hispanorum pagi, ut *Pisco*, *Tca la Nasca*, inde venit in oppidum *Ariquipa* pulcherrimum, habitatumque præter Indos plusquam 2000 Hispanis. Præfectum habent qui *Corrigidoor* dicitur Episcopum, Cabildo &c. Hinc *Aricam* usque solæ viæ.

In *Chaucaij* tot fere Hispani quot in *Cannetto* commorantur: in circuitu Indi educandis pecoribus, & exsiccanda porcina victum quæritant: Verum paucissimi in his partibus Indi; bene Hispanicè loquuntur incolæ.

Santa oppidulum est Hispanorum continens centum circiter familias, Indosque perpaucos. Haud multum abest Truxillo oppidum non inelegans; eo jam recens advenit Episcopus: terra inops est, habitant bis mille fere Indi, portu illius *Guancaco* dicitur.

Frequentes hic faccari molæ, frumentum seritur, & farina *Pannamam* portatur, suscipiuntur, educanturque equi, fructus, reliquaque annona vili pretio distrahitur: sed pecunia fere carent.

Hæc sunt quæ de natura situque terræ hujus à captivo Hispano nostro accepimus, qui natus, educatusque fuerat ijs in locis.

Addendam judicavimus Regni Chili descriptionem.



Metropolis est S. Iago seu S. Iacobus Indis habitata, auri fodinam habet sed Regi inutilem.

Secunda civitas est *Coquimbo* ære abundans ex quo in Peru campanas ac tormenta conficiunt.

Tertia est *vvaldavia* auro dives, Anno 1599 incolæ occupata civitate mactârunt Hispanos, retentis eorum uxoribus 800 numero; quarum singulas redemptioni obtulere uno pari calcariorum, stæno, gladio, stapedibus duobus; verû prohibuit Rex ne Chilelij armarentur.

Occupata civitate, mactatisque Hispanis Gubernatori quem servaverant, liquatum aurum in os, auresque immisere, confecto ex cranio ejus scypho, tubaque ex tibijs, ad victoriæ memoriã.

Quarta civitas est *Auroca*, juxta hanc munitionem uno militum vexillo occupant Hispani, qui tanta degunt inopia, ut sustentare vitam nullo modo possint, nisi navibus annona conveyatur. Elapso circiter anno & medio, Biscainus quidam Centurio instructa 30 viris navicula, adportabat annonam: verum vi æstus abreptus incidit in incolas, & cum suis interfectus est, excepto tubicine laurentio Bergis, in Noorvvegia oriundo.

In urbe Conceptionis, de qua supra, Hispanicus Gubernator habitat, quæ perpetuo 400 milites cum aliquot tormentis ad præstandam securitatem comitantur. quanquam autem fertilis terra sit, ita tamen corrupta est ab incolis abscedentibus, ut penuriam Hispani patiantur.

Chilne

Chilne sita est in limitibus civitas exigui momenti ac virium sub Hispanorum ditione : quam *Belga Centurio Antonius Sivart* cum 30 olim occupavit.

Quiescens ante hoc oppidulum navis *Fides* nomine 30 Hispanos orantes accepit, rursusque ad *Guayaquil* in terram exposuit, sed ij à Vice-Rege *Peruano* (deprehenſi, suspensique ex pedibus, & sagittis trajecti, pœnas dederunt.

Alia sunt eo in regno loca, sed exigui momenti:quare ad Historiam nostram redibimus.

21. Augusti post meridiem profecti sumus ad Septentrionem, suavi vento, sudoque celo.

22. Paululum flectentes ad terram, circa vesperam fiximus anchoras 40 cubitis. Tum primum cepimus advertere, propter nimiam ætus contrarij violentiam, fieri non posse ut quidquam proficeremus, nisi secundo ad modum, fortique vento.

23. Validior ventus ad procedendum nos ad vitavit: perreximus itaque littus legentes, & ad solis occasum quievimus in anchoris ante fluvium dictum *Rio de Tumba*, cujus ingressum nimius ætus & vadum impedit, etiam lembis aliquibus.

24. Prima aurora procedere volentibus malacia ætusque obstitit.

25. E Senatus nautici sententia constitutum ut ad insulam *Coques* recta tenderemus: sita est hæc quinto gradu ad Austrum, navium recreationi commodissima: verso itaque ad Meridiem & Occasum vento tendimus ad *Circium*.

27. Eodem cursu processimus usque ad vesperam, quæ navem ante nos conspicientes, omnes nervos ad eam assequendam intendimus: verum tenebris noctis eâ è conspectu nostro sublata in cursu nostro perreximus. Eramus hic ad angulum S. *Helena* sesqui gradu obliquati à Polo.

Perreximus hoc modo 28, 29, & 30 usque ad post meridiem: tum cursû nostrû paulo ad *Zephyrum* defleximus. Variæ hoc loco nos turbines, imbres, fulgera, tempestatesque vexârunt.

SEP-

SEPTEMBER.

Kal. Septembris secundo processimus vento: ita ut concubia nocte rursus quatuor graduum altitudinem haberemus.

2. Perdurante eodem vento, quatuor gradus & triginta minuta attigimus.

Ab eo die usque ad septimum perquirentes continuo insulam de *Coques* reperire non potuimus tempestatibus impediti. Deseruit eo die naviculam suam Ioannes de VVit, eo quod rupta undique aquam hauriret, decumanis fluctibus conquassata: vix cum annona transcendebant homines, cum ea subito demersa est.

A septimo usque ad decimum tertium eadem tempestas, imbres, fulguraque durabant; unde paulatim varij inter nos orti morbi, quia jam pridem recreatione classis caruerat.

14. Cessante tempestate sudum apparuit. Habebamus hic 8 graduum & decem minutorum altitudinem.

15. Claro caelo noctu deprehensum 10 graduum nos altitudinem attigisse.

16. Validus Zephyronotus cum continuo imbre incubuit tendentibus ad Barrholybicum.

17. Habebamus 12 graduum & 30 minutorum elevationem.

18. Diu commoda tempestas erat: verum noctu, cum valido imbre ventus à Septemtrione exurgens, impulit nos ut ad Occasum flecteremus.

20. Conspectu nostro terra se obtulit, quam Novam Hispaniam appellant, quæ primo intuitu demissa videbatur, sparsa tamen altissimis montibus.

21. Tredecim graduum & triginta minutorum elevationem habebamus, flectenteque ad Austrum vento, Septemtrionem versus cucurrimus; usque ad mediam noctem, quâ mare stravit tranquillitas.

22. Usque

22. Usque ad vesperam duravit malacia: tum vero adeo immanis turbo, & tempestas exorta, ut invicem naves colliderent. Venator in Admirallium impegit non absque gravi damno.

Perstitit ea tempestas usque ad vigesimi tertij meridiem, existentibus nobis 14 graduum, & 15 minutorum altitudine.

24. Sedatus ventus versusque ad Orientem, quare ad mesocorum cucurrimus.

25. Eadem rursus orta tempestas tanta violentia, ut ruptum unum ex Admirallij velis vix retinere possemus.

Versus eo tempore directe in contrarium ventus coëgit obliquare hinc inde cursum, usque ad mediam noctem, quâ tranquillitas successit.

26. Rursum verso ad Orientem vento, ad Mesocircium tendimus, prospero cursu, 14 graduum & 42 minutorum altitudine.

27. Duravit secunda tempestas usque ad vesperam, quâ orta malacia totam noctem & in sequentem diem tenuit.

29. Eodem vento proficiscentibus ad mesocircium perpetuo dicta terra appareba.

Sub meridiem 15 gradus, & 30 minuta habebamus.

Occumbente sole appropinquabamus ad littus: sed verso ad Occasum vento, plenis velis in altum redivimus.

30. Tendimus rursus ad littus: sed frustra.

OCTOBER.

Primo Octob. obliquo cursu appellere laboravimus ad littus totam noctem, à quo primâ aurorâ haud longe aberamus.

K

Eodem

Eodem die, secundo scilicet, ascendentem è terra fumum intuiti, misimus armatum lembum ad explorandum.

Præmissa quoque Venatio ad percunctandum vadum, aptumque locum ad jaciendas anchoras quæ nullo commodo loco invento redijt.

Vsque ad vesperam nos tenuit admiratio, quâ rediens lembus noster, indicavit inventum portum, optimamque stationem.

Intelleximus quoque locutos fuisse cum incolis nostros, oblatumque ab eis amicè comitatum suscipere non ausos; quia aliud in mandatis habuerant.

Repellente nos adverso à portu vento in altum redijmus.

Pulcherrima erat terræ facies, consita arboribus, & viridi amænitate distincta.

3. Sexdecem gradus & viginti minuta habebamus: quanquam autem conniteremur, portum intrare non potuimus, usque ad quintum.

Eodem die colligatos plurimos malos fluctuantes aspeximus, rati primo naves esse, donec fecus, misso lembo, intelleximus.

Missus quoque alius lembus ad tertiam cognoscendam, num milites in eam exponi, quærique commeatus apprime necessarius posset: verum id fieri non poterat fluctuum ad terram alidentium vehementiâ, quibus facillime demergi lembi nostri potuissent.

Iecimus tamen eodem die pariter universi anchoras, ad 40 cubitos, 16 graduum & 40 minutorum elevatione.

6. Conclusum à Nautico Senatu, ut ad explorandum commeatus advehendi modum, tres lembi ad terram appellerent: Verum ij allisione fluctuum ut diximus impediti.

Con-

Conspexerant in littore incolas sese nutu invitantes: sed non dabatur accessus. Visæ quoque illis discurrere per prata pecora atque armenta.

8. Rursum missi lembi, sed frustra: Nautæ tamen nonnulli defilentes in mare adnârunt ad terram, videruntque infinitum pæne cervorum numerum, qui visis nostris cepere fugam.

9. Legendo littus processimus.

10. Similiter usque ad vesperam, quâ fiximus anchoras, ad terræ angulum, pone quem sita erat civitas *Aquapolque*, cum oportuno portu.

11. Connisi sumus intrare portum: verum non dabatur usque ad post meridiem malaciæ causa: tum intrans classis universa proximè arcem fixit anchoras. 10 ictibus tormentorum, sed frustra ab Hispanis petiti, cum pacis vexillo lembum præmisimus, cui occurrentes Hispani omnia lautè promiserunt.

Venere ad Admirallium nostrum bini Hispani, Petrus Alvares Major satelles, & Franciscus Menendus vexillifer, belgicæ linguæ peritus, ut qui diu in Belgica militarat. Hi iteratis Admirallio promissis, post festas congratulationes rediere ad suos.

Noctu naves nostras protaximus usque ad arcem, unde apparatus ipsorum, omnemque conditionem accuratè speculari poteramus.

12. De Hispanorum fide dubitantes, tormenta armaque præparavimus: verum postquam ad certiora perquirenda lembum misissemus, rediere confestim duo illi Hispani, sese obfides offerentes, donec promissa præstitissent, ostensis ultro citroque plurimis amicitiæ signis, tandem convenit ut universos captivos nostros ijs traderemus, receptis vicissim 30 aut 40 ovibus, gallinisque nonnullis, pomis aurantijs, citrijs & similibus.

Icto fœdere venire confestim ad classem nostram Duces ac Procereſ, inter alios Capitaneus Caſtilio; qui 20 & amplius annis meruerat in Belgica, magna cum benevolentia ſignificatione.

Miſimus eo die plurimos ad terram, qui annonam comœatumque conveherent.

Numerus decimus quartus eſt Aquapolque,

cum declaratione, quomodo captivi Hiſpani exhibitio litro dimiſi.

A. Claiſis noſtra quinque conſtans navibus, & naviculis Hiſpanienſi, que extra portam ſtat in excubijs.

B. Primus congreſſus protenſo utrimque albo pacis vexillo.

C. Lembi noſtri cum captivis Hiſpanis, qui in libertatem aſſeruntur.

D. Aſini, quibus comœatum ad noſtros conveherent Hiſpani.

E. Oves boveſque, qui ad claſſem adducantur.

F. Arx Hiſpanico preſidio tormentiſque munita.

G. Templum ſeu monaſterium ipſorum.

H. Oppidum Aquapolque.

I. Gaeblea capta ad littus.

K. Equites nonnulli quos conſpiciebamus, cum annonâ, quæ advehebatur.

Rurſum convehendis neceſſarijs tranſactus decimus tertius. Circa veſperam miſſa ad nos liburnica promiſere Hiſpani, inſequenti die litrum exhibituros.

14. Oppidani, poſt exploſa in honorem noſtri tormenta, promiſſos boves, oveſque & fructus acculere, ingenti noſtroꝝ gratulatione ac gaudio.

15. Ad

Aquapolque.

No 14



15. Ad Admirallium nostrum accessit Melchior Hernando Vice-Regis novæ Hispaniæ nepos, ut classem intueretur, quæ potentissimam illam regiam superarat, exceptusque ab Admirallio nostro opiparè, armatis ad ostentationem, dispositisque in acie militibus.

Discessere interea ad civitatē, Admirallij filius cum Fiscali, qui à Governatore magnifice excepti.

Sub vesperam præter sclopos, tria in singulis navibus exonerata tormenta.

Insequenti die data captivis nostris libertas, festa civitatis gratulatione.

Media hac tempestate universæ classi de necessarijs abunde provisum.

Summa erat hujus recreationis in classe necessitas, morbis quotidie invalescentibus, in Sole præfertim quæ ultra 60 ægtotos habebat: qua de causa si amicè noluisent Hispani, armata vi com meatum advehere statueramus: quod sane arduum summique periculi existisset, quia 70 æneis tormentis munita arx erat, exceptis sclopetis, omnique alio armorum genere: ante 8 enim menses de adventu nostro cognorant.

Gubernator oppidi hujus Gregorius de Porreo quadringentis viris imperabat, exceptis nobilibus ac voluntarijs: prius 40 modo viris tribusque tormentis præfuerat.

Oppidum hoc *Aquapolque* annonæ laborat inopia; tum quia è longinquis & terrestribus locis convehi debet, tum quia venientes è Manilibus naves necessarium hinc com meatum petere solent. Mirabamur ideo tantam præter solitum in Hispaniis humanitatem: licet enim pugnando ab eis victoriam fuisset adepti, potuissent tamen cum pecoribus, omnibusque bonis in silvas se recipere.

17. Parabamus iter.

18. Secundo vento in altum inveci perreximus usque ad Vesperam, qua orta malacia, tenuit usque ad 21.

A vigesimo primo usque ad vigesimum quintum hinc inde cursum obliquantes vix quidquam profecimus obstante Malacia. Vespere ante nos navem conspeximus, quam sperabamus attingere.

Die insequenti jacentem in anchoris ad littus navem intuiti, quatuor lembos emisimus. Ut videre nostros, qui inerant in navi 12 numero absceiscis malis, cum ijs sese precipitantes in mare, ad littus adnârunt.

Remanserunt in navi 11, duo inter eos Monachi, unus Nauarchus; Si primo aggressu displosere sclopeta, sed nihil curantes nostri cum navi ad classem eos adduxere.

Nullius momenti suppellectile onerata erat, commeatuque nonnullo, qui inter nostros divisus.

Exierant ad piscandos uniones: Verum nihil invenerant: armata erat quatuor æneis, duobusque lapideis tormentis, alioque apparatu, magis ad pugnam quam ad piscationem.

Habebamus hic 18 graduum, atque 11 minutorum altitudinem.

27. Collocatus in ea navi Ioannes Henrici Lunæ gubernator cum 22 viris, tam socijs quam militibus, ut classem sequeretur.

NOVEMBER.

Kal. Novemb. orta suavis & tranquilla tempestas, usque ad 10 tenuit.

Eo die sub vesperam jecimus anchoras ante portum Selagues appellatum, 19 graduum altitudine.

Intelleximus à captivis nostris haud multum abesse recens, piscosumque flumen, consitum citrijs alijsque fructibus, duabusque inde leucis esse prata cum pecoribus.

Missi,

Missi itaque duo lembi armatis instructi, qui viso flumine & fluctibus, eo quod hominum calceatorum vestigia apparerent procedere non ausi redire. Suspicabamur esse Aquapolcenses Hispanos; quia adferebant captivi, exceptis tribus, quatuorve Hispanis, terram ab Indis habitari.

Missus hac de causa ab Admirallio captivorum unus cum litteris, amicè petens pecora, fructusque nonnullos, ad classiarios recreandos: Verum nullo reperto, suspensæ ad ramum arboris litteræ:

11. Tum 200 militibus ad terram appulimus, expositis albis vexillis: Verum Hispani è littore cærulea agitabant, bellum signis intentantes.

Vix profilueramus in littus, cum subito ingens Hispanorum numerus è silva prorupit, horribili clamore in nostros irruens, qui territi primo aspectu fuga sibi consulissent, nisi præfectorum obstitifset auctoritas. postea vero sumtis animis capessentes pugnam hostes in fugam vertere, sed insidiarum timore, ab ulteriore persecutione temperarunt.

Præter alios plurimos unus Hispanorum Centurio occisus, duo modo interfecti nostrorum, sex aut septem vulneratis.

15. Secunda tempestate processimus ad portum *Nati-vida* tribus inde leucis distantem, sperantes ibi aquationem, aliusque commeatus tutam fore convexionem-

Remittente ventæ postridie prius portum intravimus, jactis sub vesperam anchoris 20 cubitos.

Iacebat Venatio nostra ad lapidis jactum ab ostio fluminis aquantibus præsidio.

17. Admirallius cum plurimis militibus ac focijs in terram exscendit ad majorem suis præstandam securitatem, prohibendosque hostium insultus: tutis omnibus repertis, omnia omnino

vasa

vasa recenti aqua impleri mandavit.

Missus eo die Monachorum nostrorum junior, ut amice ab Indis com meatum impetraret.

Numerus decimus Quintus est.

S. Iago, Selagues, & Nativida, nostrorumque cum Hispanis pugna.

A. Est portus *S. Iacobi*, in quo classis nostra stabat.

B. Hispanica navicula excubans.

C. Portus *Selagues*, ubi jacebat Venator, una cum loco, in quo nostros Hispani adorti.

D. Hispani ex silva profiliunt.

E. Nostri ab alia parte occurrunt.

F. Interfectorum cadavera.

G. Socij nostri lembos custodientes.

H. Portus paululum distans *Nativida* dictus.

I. Recens amanunque flumen.

K. Peregrini pisces, qui hic capiuntur.



EXacto apud Indos eo die 18 post meridiem redijt, adductis equis duobus, gallinas, variosque fructus gestantibus, addita promissione se postridie duplo amplius allaturum, quod præstitit.

Docuit nos præterea nullum eo tempore adesse Hispanum, verum transisse illac ad nos querendos eam turmam, quæ nos prius in vaserat.

Dum ultro citroque com meat, de necessarijs omnibus classi abundè providimus, ita ut iter pararemus.

20. In altum processimus, usque ad 24 sat commodâ tempestate.

Eodem



Eodem die haud longe à promontorio *Corentio*, 20 gradu eramus.

25. A Nautico Senatu conclusum, ut ad portum S. Lucæ tenderemus.

26. Habebamus 20 graduum & 26 minutorum altitudinem.

Quia autem judicabat senatus negligi profectioem nostram naves, nunciosve è Manilibus expectando, statutum ut recta ad Ladrones insulas procederemus, implorato divinæ Majestatis auxilio.

DECEMBER.

2. Decemb. tendebamus ad Africum felici processu.

3. Duæ conspectui nostro insulæ oblatae, non absque ingenti admiratione nautarum, adeo à Continente remotas in vasto mari esse insulas.

4. Prima luce rupem procul intuiti, navem initio arbitrabamur, gavisi jam ultro occurrere, quod tanto tempore expectaveramus: sed propius accedentes nos deceptos advertimus.

Sita erat hæc rupes 19 graduum altitudine, ultra 55 leucas à Continente distans in mari, ab omni terra separata.

6. Meridie 18 graduum & 20 minutorum elevationem habuimus.

Eodem die nova insula apparuit: quinque collibus distincta, quorum singuli separatæ insulæ videbantur.

IANVARIUS Anno 1616.

A sexto usque Kal. Ian. 1616. felici cursu processimus ad Africum.

Deposita interim apud Admirallium querela, de peregrinæ navis præfectis, quod absque modo vino se ingurgitantes socijs aquam potandam præbuisent; quæ res, à senatu examinata, com-

L

pertumque

pertumque 36 diebus tantum absorpsisse vini, quantum 4 mensibus debuissent.

Non obstantibus secundo cursu ac tempestate percommoda in classe tamen morbus invaluit; ita ut plurimi interirent: inter alios supremus Admiralli, apparatus bellici præfectus, dictus Ioannes Otto d'Essen, Thomas Ioannis præpositus, Georgius Ioannis Medenblicensis Vice gubernator, alijsque complures.

Numerus 16 sunt Insulæ de las velas.

feu Ladrones, exhibitis accurate nauibus, hominibus, habituque ipsorum.

A. Admirallius noster Sol.

B. Vice-Admirallius Luna.

C. Lucifer.

D. AEolus Rotterdamsensis.

E. Venator. Circumdabant has naviculis suis Indi, quasi
apum examina.

F. Captiva navis, in quam nostrâ imposti

G. Navicula ipsorum quas remigio impellant. Quæ eminent à lateribus eas servant in equilibrio.

H. Naves ipsorum quibus vela faciunt.

I. Silvestrium seu Ladronum habitus ac incessus.

23. **L** Adrones insulæ apparuerunt, de quo actæ Deo gratiæ.

Terra erat demissa ac plana: quare ingruentibus tenebris, verentes ne proxime terram essemus, contractis velis, totam noctem absque ullo processu fluitavimus.

24. Mane proximè terram eramus: quod ut videre ex littore Indi, cum lembis suis,

I. Ladrones



suis, in circuitu classis remigabant, propiore tamen accessu abstinentes. Quapropter è Consilij sententia, cum tota classe ad terram appulimus, amiceque ac beneuolè cum Indis transigimus.

25. Meridie supremum Luciferi mercatorem Sibrandum Cornelij prandentem ac sanum subito vertigo invalit, quam confestim mors sequuta, vehementi præsentium admiratione.

Quo intellecto Admirallius Senatum coëgit, ab eoque conclusum, ut Vespere leuatis anchoris à terra recederemus usque ad diem. Non cessabant interea Indi ultro citroque commeari, omnisque generis herbas ac fructus advehere, ad recreationem ægrotorum.

Traçtando cum Indis classique providendo transactus est vigesimus sextus.

Eodem die sepultus mercator crebra scloporum tormentorumque dispiosione, quod, licet præmonitos Indos tanto nihilominus terrore percussit, ut dissipati uniuersi, & redire ausi non sint.

Fecimus itaque eodem die vela ad *Maniles* insulas: verum obstante tota nocte malacia parum profecimus, ita ut sequenti die vix distaremus à littore: quo viso Indi magno rursus numero rediere, usque in altum classem insequentes, portantesque commeatum, omnis generis fructus & similia, usque dum exurgente validius vento insequi ulterius non daretur.

Obijt eo die, projectusque est in mare Theodorus Voet Harderwicensis in Venatione vexillifer.

Tota sequente nocte plenis velis incessimus: ita ut ablata postridie sit è conspectu terrâ.

Hæ Ladrones insulæ primum inventæ sunt 1519 per Magellanes, qui eas *Velas* appellavit, ob innumeram, quæ ibi cernuntur velatarum navium multitudinem, artificiosè confectam.

Hi imprimis Indi natandi arte excellent: descendunt enim usque ad fundum urinantes, projectumque in mare ferrum (cujus & ipsi aliquoties periculum fecimus) educentes.

Infitas eis à natura furandi libido quod expertus Magellanes, Ladrones illos appellavit.

Robore præcellunt uterque sexus, & ingenij acumine ac subtilitate. Nudi incedunt, non nullis exceptis, qui stramineos gestant galeros: pudenda fæminæ folijs tegunt.

Magna hic gallinarum, aliarumque volatilium, piscium præsertim copia.

De Religione ipsorum nihil quidquam certi accepimus: advertimus tamen idolorum esse cultores.

31. Ante solis ortum Iob VVilhelmi, præpositus generalis militum ex morbo decumbens surrexit è lecto, quasi ad naturæ necessitatem properaret: verum palo post mari absorptus est, sive sponte, sive fortunâ lapsus.

Sequentibus aliquot diebus mediocriter processimus usque ad nonum Februarij.

FEBRUARIUS.

Eo die promontorium *Spiritus Sancti* apparuit, quo præterito felici adeo progressu cucurrimus, ut eodem ipse die, circa vesperam, ad Maniles anchoras jecimus ad 13 cubitos.

10. In terram exscendimus, & amice cum Indis conferentes intelleximus insulam de *Capul*, quam attigisse nos arbitrabamur, ante nos esse sitam.

Potentibus com meatum abnuere, eo quod constare sibi affirmarent, venisse nos ad Hispanos socios suos opugnandos. Quanquam autem multum, instantesque peteremus nihil impetratum: quia vero Admirallius cum Senatu judicabant vi esse abstinendum rediere ad classem lembi.

11. Nec



14

Nº 17.

TYPUS FRETTI MANI-
 LENSIS.
 Die Straedt vande Manilles



S. Bernardo.

Cabo de Spiritus Sanctus.

P. Naraygas

Francisco.

13

Punta Borden.

P. Tisajon

MANILLA

P. Matubion

Achan.

Tisajon

IO DE

BOIAS.

12

ii. Nec dum orto sole ad insulam *Capul* profecti; circa meridiem illam attigimus, jactis in commodo portu anchoris, proxime casas aliquas stantes in littore.

Quamprimum exscenderamus in terram egere nobiscum familiariter Indi, licet ad oppugnandum Hispanum adventassent nos cognoscerent.

Adferebant imprimis gallinas, porcos atque similia, polliciti postero die rursus cum comenatu adfuturos, quod præstitere, pretij loco viles quasdam reculas accipientes.

Manimus hoc loco usque ad decimum nonum, quo levatis anchoris, directo ad mesocircium cursu, recta Maggellanicum fretum in vesti sumus, duorumque Indorum opera clavum gubernantium brevi promontorium, portumque Manilesem attigimus.

Numerus decimus septimus.

est fretum *Manila*.

Medio illo tempore, quo per angustias hasce transijmus, exscendebamus quotidie in littus, ad nuces, aliosque carpandos fructus, quæ plurimum ægrotis medebantur, quam ab causam universæ classi abunde de ijs providimus.

Humani fati hic incolæ, vestiuntur longis tunicis, ad indusij modum. Summo in honore habent Ecclesiasticos, cujus in Monacho nostro fecimus periculum, quem ut primum videre, festim accurrentes, manuum exosulatione, totiusque inflexione corporis incredibilem honorem exhibuerunt.

Non apparere nobis mulieres ipsorum, quæ ad silvas profugerant.

19. Circa solis occasum jecimus anchoras proxime maximam insulam, quæ *Lucon* appellatur, in qua sita urbs *Manila*.

L iij

Conspe-

Conspeximus hic domum artificiosè in aliquot arborum cacumine exstructam, quæ Nobilis alicujus arx eminus videbatur:

Eodem vespere coactus Nauticus Senatus ad deliberandum quid optimum factu videretur.

28. Prima luce coacto rursus consilio, ex illius sententia missi quatuor lembi ad domum illam considerandam: qui redeuntes agebant ruinas tantum ædificij alicujus apparere, nec quemquam in circuitu mortalium videri.

Votis omnibus optabamus apprehendere Hispanum aliquem, qui vera referret de famâ, qua acceperamus in *Capul*, Hispanicam classem jam dudum in Manilibus adventui nostro præstolari: Verum hæcenus nihil quidquam certi cognoveramus.

Eodem die perreximus ulterius littus legendo, vidimusque in transitu incredibilis altitudinis montem, perpetuo igne flagrantem *Albaca* nomine, plenum sulphure &c.

Vespere anchoras jecimus ad 25 cubitos, proxime angulum ad littus, in quo ignem excitant incolæ, ad certiores reddendos de adventu nostro vicinos.

21. Vela fecimus, continuo in freto progredientes.

Perreximus usque ad 24 progressu mediocri.

Eo die circa vesperam ostium seu egressum freti conspeximus, mire angustum, & propter ingruentem noctis caliginem fiximus anchoras.

25. Tres præmissi lembi ad explorandum transitum: qui cum extemplo signum darent, universa classis insequuta, æstuque propellente per ostium in vecta in mare.

Tota nocte absque cessatione perreximus.

26. Laborantes ad intrandum Manilem portum malicia, adversoque vento obstantibus nihil effecimus.

Apparebant

Apparebant in terra diuersis locis ignes ac lumina, vnde collegimus de adventu nostro undique constare: Confirmabat hanc opinionem nostram parua navicula perpetuo nos insequens, quæ tanta celeritate volitabat, ut frustra asequi conaremur, nunciumque de nobis undique perferebat.

A 27 ad 28 obliquando laboravimus, ad portum ingrediendum: verum exiguo profectu. Iactis ad 40 cubitos anchoris uno à portu milliari quievimus, proximè angulum; ad ipsum usque portum protensum.

Mansimus hic usque ad mediam noctem; qua dato ab Admirallio tormenti displotione signo, expansis velis, attractisque anchoris procedere tentavimus, sed frustra: reliquum enim noctis, & totus insequens obliquando consumptus.

Vespere quievimus ante portus introitum, ad Insulam Mirabelles, duabus excelsissimis rupibus quasi cælo minitantem, post quas sita est urbs Manila.

Hac in Insula perpetuæ nocte excubiæ, expectantque Nauarchi, venientes è Cyna naues, ut eas ad ipsam urbem dirigant: quia periculosus est, aliquot locis ingressus; de quo nos Hispanicus Nauta noster admonuit.

MARTIVS.

Kal. Mart; prima Aurora duas procul naues intuiti, ab una ad aliam terram commeantes, armatis instructos tres lembos misimus, ad eas persequendas, dedimusque in mandatis, ut ad capiendum aliquem è quo certiora intelligeremus nervos intenderent: Verum lusa opera, ob nimiam navium illarum celeritatem, sub vesperam rediere lembi.

2. Postquam universos nautas, aliosque præfectos convocasset Admirallius, conclusum est, ut quam primum ullo modo progredi posse videremur, levatis anchoris vela faceremus, ad portum tandem aliquando ingrediendum.

3. Mane

3. Mane sublatis anchoris tota die obliquo cursu nihil fere profecimus, ita ut vespere quiesceremus rursus juxta exiguam insulam ad Continentem porrectam.

Pone eam insulam conspectis quatuor liburnicis totidē lembos misimus, qui captis ijs rediere ad classem; propterea quod videntes nos ij qui in liburnicis erant acceptis mercibus profugerant una tamen, quæ oryza, oleo, gallinis, fructibus, aliaque annona onerata erat, relicta: quod percommode nostris accidit, quippe talium jam penuria laborantibus.

Postero die qui quartus erat universi Mercatores ad navem Admirallij convenere, divisaque ab eis inter classarios præda.

Quandoquidem autem necessarium imprimis videbatur, ab Hispano aliquo de terræ conditionibus, cæterisque rebus edoceri, missi rursus quatuor ad terram lembi, cum plurimis armatis, qui inventa navi, calce onusta, & vacuæ hominibus, visisque è longinquo plurimis mortalibus, quos ad colloquium non valuerant allicere, sub vesperam rediere ad classem.

Occumbente jam sole prospeximus ad littus liburnicam, extensis velis, ad quam binos summa festinatione lembos misimus qui eam nocte affecuti ceperunt: sed quia validior ventus erat, nec nisi lignis onusta liburnica, acceptis sex Sinensibus, eam in anchoris reliquere: quare coactus Nauticus senatus ad captivos percunctandos.

Prima interrogatione falsi sunt, alias præterea his locis esse liburnicas, omni se genere commeatu merciumque esse oneratas: missi itaque bini iterum lembi, datumque i2 mandatis, ut nihil non ad eas assequendas diligentia adhiberent.

15. Post meridiem cernebatnus ex mari recta ad nos tendentia duo vela; ad quæ missa Venator, cum alia naviculâ, quam unionem dicebamus, ad ea adducenda.

Noctu duo lembi nostri totidem cepere liburnicas, cum Sinensibus aliquot unoque Hispano, proficiscentibus

proficiscentibus ad colligenda vectigalia, ac tributa, quæ à circumjacentibus locis urbi Manilensi annuè penduntur.

Erant oneratae oryzâ, gallinis, aliaque annonâ, mercibusque nonnullis.

6. Rediere Venator & Vnio, adductis tribus liburnicis, quarum binæ pellibus cervorum, tubaco, gallinis, alijsque exigui momenti mercibus erat onustæ, quorum facta in classe distributio.

Ab ijs qui erant in liburnicis, certiora de omnibus intellecta; de Hispanica classe imprimis in Manilibus confecta; eam Præfecto Ioanne de Silves, ad Molucas processisse, ut nobiscum confligeret.

Constabat autem decem majoribus navibus, incredibilis magnitudinis, duabus Laris, quatuor triremibus, quibus duo millia Hispanorum vehebantur, exceptis Indis, Sinensibus & Iaponijs, quorum non exiguus erat numerus. Deus Opt. Max. auxilio nobis adesse dignetur.

7. Admirallius liburnicam cum tribus Chinenfibus ad urbem Manilensem misit, cum litteris ad primarios consiliariorum offerentes tam Hispanos quam Chineses & Iaponios captivos pro liberatione nostrorum.

8. Venatio nostra cum lembis aliquot appulit ad terram, ut adducerent quatuor liburnicas captas à nostris, quæ propter tempestatem, ut dictum est, in anchoris remanserant,

9. Venatio cum lembis redijt, adductis ijs liburnicis, nucibus, alijsque fructibus onustis, duobus præterea bubus, cervoque uno, quem sclopo trajecerant.

Coacto eodem die consilio statutum, sequenti luce iter esse faciendum: nisi Chineses nostri redirent.

M

Intel-

Intellecto Admirallius hostilem classẽ 4 Februarij demum solviffe, præmissa matura deliberatione statuit tempore utendum, alioqui verendum erat fore, ut medij anni spatio iter nostrum retardaretur.

Numerus decimus nonus est.

Portus Manilensis accuratè descriptus.

- | | |
|---|---|
| <p>A. Portus Manilensis.</p> <p>B. Plurima in portu ipsorum naves.</p> <p>C. Civitas Manilensis, frequens incolis.</p> <p>D. Munitio, Cabitta nomine.</p> <p>E. Insula Mirabella.</p> <p>F. Classis nostra sex constans navibus.</p> <p>G. Lembi nostri, quibus summum studium ad capiendos</p> | <p>mortales aliquos adhibebamas.</p> <p>H. Aliqua naves ipsorum, quas Lunas apellant.</p> <p>I. Bina nostrarum navium, quæ captas duas liburnicas ad classẽ adducunt.</p> <p>K. Vnus lembus noster, qui Indicam liburnicam ad classẽ adducit.</p> |
|---|---|

TRanseunt hac quidem medio fere Aprili venientes è Sina Iunci, magnaquæ spes prædæ affulgebat; verum expedire iudicatum, ut rupta omni mora ad Ternatensem insulam progredieremur, ad ferendum nostris auxilium.

Addebat animos constare sex navibus classẽ nostram, fortibus robustisque instructam militibus, omnique bellico apparatu.

Ioanni de Silves erat in votis validissimâ illa classẽ, quam trium annorum spatio confecerat redigere in potestatem suam Molucas universas; verum sperabamus obtaturos nos, amicisque ac socijs subsidio adfuturos.

Manila

Nº 18



Witlers Inf.
Hartm I.

A
Cabita
Bay de Manila

E
I. Maribela alias de Verne

B
C
D
E
F
G

K

H

K

H

10. Nullo de Sinensibus nostris accepto nuncio, levatis anchoris fecimus vela, recto ad Molucas cursu.

Eodem die Admirallij jussu adferti in libertatem, missique cum liburnicis suis ad terram universi Chineses & Iaponij, retento tantum Hispano, Indoque vno, quos nobiscum ad Molucas veximus.

Eodem ipso die, obstante malacia, vix quidquam progressi, sub littore vespere fiximus.

11. Summo mane rursum profecti, usque ad Meridiem nil progrediebamur: tum secundus adeo ventus incubuit, ut circa Solis occasum, ad multas insulas accederemus, quarum tanta nos multitudo circumdabat, ut nusquam patere videretur egressus. Rogato consultoque hac super re Hispanico Nautâ, cui notus erat is locus, ex ipsius sententia propter ingruentem noctem nil processimus, hinc inde obliquo cursu tendentes.

12. Meridie secundo vento dicti Nautæ auxilio ac ductu, per omnes angustias, in vastum mare evasimus.

Antequam mare essemus ingressi, conspeximus versus littus naviculam, cumque tres lembos mississemus, exilientes in terram qui in navi erant, relictis omnibus, profugere.

Adductâ ad classem nostram navicula, & oryza, fructibus, cistisque nonnullis exonerata.

13. Tota die ac nocte tendebamus ad Euronotum, ventoque, progressuque mediocri.

14. Quievimus ante insulam *Paney* Hispanici Nautæ nostri admonitu, propter vada quæ noctu non absque discrimine transiri poterant.

15. Tota die legentes littus secundo cursu progressi, vespere aliquot vela contraximus, ad evitanda noctu pericula.

16. Expalsis rursum velis omnibus secundo cursu ad Euronotum perreximus.

M ij

Pro-

Progressi hoc modo usque ad decimum octavum, primâ luce insulam *Mendanao* attigimus, perreximusque juxta littus usque ad Vesperam: verum intellecto cœcas his locis esse rupes, & vada, rursus in altum fleximus.

Insequenti luce 19 tendimus iterum ad terram, sed exiguo ob malaciam progressu.

Vespere jecimus anchoras ad 36 cubitos proxime littus, unde confestim navicula quædam ad unam navium nostrarum accessit, promittens se postridie omnis generis comœatum allaturam, asserensque minime esse opus, ut nostri in terram exscenderent.

20. Servârunt promissa incolæ, advectis ad classem nostram varijs rebus, ut inter alias gallinis ac piscibus, vilissimo ea pretio venundantes.

Ingentem porcorum numerum adduxissent, nisi exsurgentes secundissimos nobis ventos demorari noluissemus.

Progressi itaque brevi tempore promontorium de *Cadera* attigimus, ubi Hispanicæ naves, quæ ad *Molucas* tendunt, aquatum mittere consuevere.

Vt eo advenimus missi confestim lembi ad perquirendum de hostili classe nuncium: verum nihil quidquam ex incolis elici potuit, ignaros sese asserentibus, visas tantum paucis ante diebus Hispanicam Larum & navium ad *Molucas* tendentes, quæ eo in loco comœatum acceperant:

A vigesimo usque ad veigesimum tertium summa tranquillitate strato mari nil fere profecimus, nisi quantum æstus impulit, quo cessante anchoras jaciebamus.

Inter duas insulas *Mindanao* & *Tagimo* adverso æstu impediti sumus.

23. Incumbente secundo vento exiguo tempore, harum insulam angustias evasimus.

Interim

Interim dum impediti quiescebamus advehebantur ad classem nostram ab incolis gallinæ, porci, capræ, recentes pisces, tubacum, aliusque omnis generis comnieatus, pro quarum commutatione dabant mercatores nostri pecuniæ aliquantum, lintea, cultros, corallum, aliaque similia ingenti silvestrium gaudio.

Permissū quoque ab Admirallio ut cuivis privatim cū incolis, quæ vellet, commutare liceret est enim abundans rebus omnibus, præter cæteros fertilisque locus. Ostendebant se incolæ Hispanorum hostes, amicosque nostrorum: supremus enim eorum Gubernator offerebat Admirallio nostro auxilium adversus Hispanos, quinquaginta naviculis, more ipsorum instructis.

Exhibuere præterea litteras, subsignatas à Laurentio Reael, quibus nos certiores faciebat Mindenaenses incolas, amicos esse nostrorum, rogans vicissim, ut omni humanitate ac benevolentia à nobis tractaretur.

Perreximus usque ad vigesimum sextum secundo cursu, ad Euronotum, & subinde ad Austrum.

Eodem die post meridiem cum continuis imbribus valida tempestas exorta, Admirallij ventum laceravit, damnum alijs quoque navibus inculit.

27. Secundo vento transivimus insulam Sanguyn, tendentes ad Euronotum: juxta quam plurimæ aliæ diversæ magnitudinis insulæ apparuerunt, quarum nominatione propter nimiam multitudinem superfedemus.

29. Insulam Ternatam attigimus in qua sita est *Maleia* oppidum sub ditione nostrorum.

Quam primum civibus adventus noster innotuit, venere ad classem Centurio Hamel & Franciscus Lenimens Gubernatori à secretis facta occursum nostrum gratulatione celebrantes.

Investi itaque portum proximè civitatem jecimus anchoras.

Post meridiem Gubernator ipse recessit ad classem, & post multas ultro citroque exhibita benevolentiae amorisque signa, cum Præfectis omnibus in terram exscendit, quemadmodum habebamus in mandatis.


Advertendum hoc loco nos vigesimo nono in accessu ad Ternatam insulam unius diei fecisse jacturam; propterea quod ab Oriente ad Occasum flexissemus; cum tamen accessus ab Occasu ad Orientem diei unius itinere compendiosior reperitur.

Numerus vigesimus sunt Molucæ,

cum insulis universis, ac munitionibus
& freto Boutonensi.

HANC de Boutoniensi freto tabulam, quemadmodum sæpe ipse lustravi, summa attentione accuratè ipsemet annotavi, ut videri potest. Quod ad fretum ubique vadum habet, ut numeris vides designatum: Verum ubi ooooo cernis non nisi ad centum cubitos vadum est. Extra fretum in insulæ circuitu centum ubique cubitorum profunditas, exceptis fortasse locis, quæ proximè littus accedunt, juxta exiguas aliquot insulas. Ad Orientalem plagam recens aqua est, ad quam bis aequatum processi: vadum non erat ad figendas anchoras, obliquando expectavi donec provisum esset. Ad plagam Occidentalem duabus circiter leucis distat saxosum vadum ad quatuor & sex cubitos, quemadmodum ex ab ijs qui explorarunt accepi.

APRI-



APRILIS.

3. Aprilis Malacam appulit Navis è Chila, omnis generis onusta mercibus, quæ confestim ad littus adducta.

5. Fixit apud nos in portu anchoras Larus, quæ Aquila appellatur, discesseratque ad quærendū cōmeatum, porcos, gallinas. fructus aliaque necessaria, pro navibus, civitate, & circumjacentibus munitionibus.

8. Discessit a nobis Cornelius de Vianen, ut cum Laro nostra ad Bandam proficisceretur comitante AEolo nostra, quæ 16 rediit ad classem.

Quiescentibus nobis, secundò venit ad classem Gubernator exhibens commissionem suam, absolutamque Molucarum, Bandæ & Ambionæ gubernandæ potestatem, absque Admirallij tamen nostri præjudicio, autoritatisque in classem diminutione.

Hoc facto universi milites nostri robusti, valentesque in terram exscendere, post periculosam adeo, longamque navigationem: sit Deus benedictus in secula. Amen.

MAIUS.

Kal. Maji in navi suâ Admirallius convivium exhibuit universis Ducibus militum, locū tenentibus, Vexilliferis, alijsque Præfectibus, Mercatoribus quoque, Nauarchis ac Gubernatoribus, agens gratias de benevolentia ac submissione hæctenus præstita;

2. Ante lucem cum sex Navibus Malaca discessimus ad Macjan, ut impediremus ne ex peregrinis navibus clavos hostis abduceret.

Secundus adeo ventus afflavit, ut brevissimo temporis spatio Macjan attingeremus, ubi jecimus anchoras recte ad munitionem, quæ Maritij nomine appellatur.

Exscendens Admirallius locum omnem, munitionesque visitavit, Mauritio profectus ad Tafacoy,

coy, inde ad Talabole, & Nofaca, atque ita Mauritium redijt.

Advertendum hic quoque, quod in Tidore à Domino Caselton quatuor Anglicarum navium Praefecto intelleximus, nimirum quod Commendator Ioannes Theodori Lam ad Bandas insulas, cum duodecim bellicis navibus: militibus Nautisque plurimis adventasset, occupassetque 10 Aprilis vi armata insulam Polevay, opibus ac fertilitate longè præcellentem, unde ingens myristicarum nucum copia adferri solet.

Acies ipsius hoc, qui sequitur, modo disposita fuerat,

Præcedebat Vice-Colonellus Gifbertus de Vianen, natus Ultrajecti, comitantibus Centurionibus Henrico Steur à Somerdijck, Henrico Gosdey, VVilhelmo Iacobi universi numero ducenti quadraginta viri, præter Iaponas nonnullos.

In media acie sequebatur Centurio Lambertus Adami, dictus Lanchaer Aquensis, cum Petro Backer Antvverpiensi, Ioanne verhoeven Thielensi & I sbrando Cornelij Amstelodamo Batavo, cum ducentis quinquaginta militibus.

Claudebat aciem Centurio Henricus Beverlin Goudanus, cum Centurionibus Abrahamo Halling Hagiensi, & Henrico ab Heerentals, cum ducentis & triginta, excepta sociorum Nautarumque turba.

Duo præterea Zelandi Centuriones universæ classi præerant, tormentorumque & bellici apparatus gerebant curam.

Satelles major erat Adrianus vander Dussen.

Hi pariter tantò studio ac conatu intendere nervos, ut brevissimo temporis spatio potestatis suæ fecerint dictam insulam.

Permoti hoc successu circumjacentium insularum incolæ, novum nobiscum fœdus iniertunt, magno

magno Indicæ societatis bono.

16. Gubernator Tidorensis *Maleiam* profectus est.

18. Admirallius tam è triremibus Hispanorum, quam carceribus liberavit captivos septem Belgas, qui quartum jam annum detinebantur, facta permutatione cum Monacho, Hispano Nauarcho, duobusque Hispanis quos in Australi mari ceperamus, alio præterea Hispano, quem adduxeramus è Manilibus.

Prorumpebant in altas vociferationes captivi adeo subitæ inexpectatæque libertatis gaudio elati, divinæque imprimis Majestati, deinde Admirallio nostro gratias dicebant.

Insequenti nocte transfugit ad nos alius quidam Belga captivus, dictus Petrus de Vivere, cum uxore suâ, qui multo tempore in Hispanica trireme degerat: Verum propterea quod Hispanicam uxorem duxerat, & excellens erat aurifaber, ea libertate fruebatur, ut tandem modum ad nos penetrandi invenerit.

25. Cum *Maleiam* repeteremus, Admirallius noster à Maleiensi Gubernatore literas accepit, quibus monebatur Hispanicam navem venientem è Manilibus *Gammelamme* jacere in anchoris; quapropter Vice Admirallius confestim *Maleiam* misit.

27. Lucifer redijt ad classem.

Eodem die post meridiem allatæ à Maleiensi Gubernatore ad Admirallium litteræ; quibus letis confestim tendimus vela, rectaque Tidorem transeuntes aliquot tormentorû ictibus, sed frustra petiti sumus.

28. Cum quatuor navibus nostris *S. Mariæ* portum ingressi jecimus anchoras.

E vestigio Admirallius ad urbem *Maleiam* adremigavit.

Post meridiem cum Gubernatore, alijsque præfectis ad classem reversus, cum iisdem *Mariæ*

N

muni-

munitionem intravit.

29. Admirallius noster adversa valetudine paululum confictatus redijt ad navem.

30. Certior factus Gubernator litteris ex Macjan acceptis, visas à nostris in alto naves, quæ unde venirent erat ignotum.

Numerus vigesimus primus Insulæ


Macjan & Bacjan cum universis quæ
ad eas pertinent.

- | | |
|--|--|
| <p><i>A.</i> Est insula Macjan, cujus Australis angulus situs
8 minutis ad æquinoctialem, versus Septemtrionem.</p> <p><i>B.</i> Est portus alterius insule dictæ Bacjan, quesita è re-
gione prioris, totidem minutis versus Austrum, ad me-
am æquinoctialem,</p> <p><i>C.</i> Civitas Bacjan.</p> <p><i>D.</i> Munitio Barnevelt lapidibus exstructa.</p> <p><i>E.</i> Domus in qua oryza custoditur.</p> | <p><i>F.</i> Lapidea ades.</p> <p><i>G.</i> Excubia.</p> <p><i>H.</i> Anterius vallum, lapide solidatum.</p> <p><i>I.</i> Porta seu transitus.</p> <p><i>K.</i> Prolapsum munimentum quod Galla Galla exci-
tarat.</p> <p><i>L.</i> Templum Indorum.</p> <p><i>M.</i> Suavissima, recentissimaque aqua puteus.</p> |
|--|--|

Iussum itaque nobis, ut vela faceremus, quod summa diligentia executi brevissimo spatio am-
plum mare inveci sumus.

IVNIVS



Ins. Macjan.



Ins. Bajan.

No. 20





I V N I V S.

Kal. Iun. superiorum mandato iterum egressi mare jactis anchoris in portu Maleiensi quievimus.

Eadem ipsâ luce ex Amboino duodecim aliæ nostrorum naves advenientes, classi se nostræ junxerunt; ita ut jam septemdecem numero essemus.

Iudicabant nonnulli minime terendum otio tempus; sed tentandum aliquid in loca Hispano subjecta: sed nihil effectum.

I V L I V S.

Decimo octavo mensis Iulij ab univërso senatu & Governatore Generali data Admirallio nostro in binas naves Amstelodamensem & Zelandicam plena potestas, ut cum ijs Bantam proficisceretur.

15. Cum iisdem duabus navibus in insulam *Boton* venimus.

Discursus celeberrimi viri Apollonij Schot Selandi Middelburgensis.

INter alias Regni Lusitanie excellentias, una ex maximis erat utilissimæ negotiationis, quam Molucarum possessione adepti sunt, ita ut aromata pæne omnia per ipsorum manus univërsus orbis acciperet, ingenti profecto dolore Venetorum, à quibus dives illud commercium Lusitani diverterant, aliorumque regnorum

Nij

ac

ac provinciarum, quæ tanti boni invidia in se illud transferre tentabant.

Primis initijs mutuo bello Lusitani Hispanique concurrere, propter Molucarum possessionem Sub Francisco Dracone Angli percussere foedus cum Ternatensi Rege, ut firmarent commercium, quod rursus postea bis ab ijs tentatum Middeltonij ductu.

Tandem à Belgis eo res deducta est, ut privati sint Lusitani ijs locis quæ in Molucis possidebant, Castilianique Tidorensium auxilio iterum inducti.

Capto Ternatensi Rege cū proceribus aliquot, reliqui incolæ cū alijs primarijs nonnullis profugerunt, atque auxilio Domini Matelief rursus in unum coacti, in Ternatensi insula munitionem Aurantiam nomine extruxerunt, icto nobiscum foedere, ut ex scriptis instrumentis videre est. Denique tantum effecere successu temporis, ut mox cesserint in potestatem nostram *Mothir Mac-guijan* & *Batchian* præcipuæ Ternatensium partes possidentibus Hispanis *Tidor* Metropolim Ternatensem, locaque nonnulla in *Gilolo*.

De hoc nostro hostiumque statu paulo discurrere uberius animum induxi:

In Ternatensi insula tres munitiones possidemus, *Maleiam*, quæ alias *Granoia* dicitur, quam Admiralius Matelief primus occupavit, regis totiusque nobilitatis habitationem ac sedem.

Molucco, quam *Hollandiam* appellant, medio circiter milliari *Maleia* distans ad Septentrionem, sita in colle, lapidibusque & calce firmata à nobis; eo quod vereremur, ne potiti aliquando hoc loco hostes universam oram incurrerent; portumque Maleiensem redderent infestum.

Tacome, dicta *Villemstadt*, sita partim ad Occidentalem, partim ad Septentrionalem Ternatensis insulæ plagam, capta est à Vice-Admiralio, *Simone Ioannis Hoen*, qui mira celeritate, hostem prævenit.

Commo-

Commodissima plane hæc munitio, propterea quod loca inter *Malacam* & *Tacome* tueatur, præstatque securitatem nostris aromata carpentibus.

Insula *Mothir* sita inter *Tidor* & *Macjan* mutuo Tidorensium, Ternatensiumque bello deserta aliquanto tempore permansit donec Admirallius *VVittert* precibus Ternatanorum inductus munionem in ea, versus Septemtrionalem plagam, ad securitatem nostram extruxit, deducta Colonia ex incolis, qui in *Gilolo* profugerant.

Habebant in animo Hispani, qui in *Tidor* profugerant *Mothiresios* in patriam rursus restituere, 2000 numerum incolæ excedunt.

Occupata est à Domino Admirallio van *Caerden* insula *Macquijan*, tribusque munionibus roborata, quarum prima *Tafason* jacet ad Occidentem, *Noffagwia* ad Septemtrionem, ad Orientem *Tabelole*: populosa sunt hæc loca, præter alia oppidula, sita in insulæ hujus circuitu.

Incolas numerum 9000 implere existimo, comprehensis quoque insulæ *Cayoe* incolis, qui in *Tabelole* commoratum venerunt anno 1699. quia in locis suis hostium expositi erant injuria.

Hæc est fertilissima aromatis omnium Molucarum insula.

Fructibus & se ipsam nutrit & alias, *Tidor* & *Ternatem* imprimis, quæ superba & bellicosa negligunt agriculturam, mutuis perpetuo prælijs, odijque flagrantes, vario Marte nunc his, nunc illis victoribus. *Macquiani* vero & *Mothiresij* ad laborem magis, cultumque agrorum propendent.

Batchiam regnum est vastum atque amplum, opibus, fructibusque abundans; sed incolarum laborat inopia. Desides sunt, nullique rei, nisi delitijs, voluptatique dediti quibus artibus po-

tentissimum regnum ad miserum desolatamque, qui hodie cernitur, statum deduxere.

Socij erant Hispanorum, Lusitanorumque initio, qui in *Labova* munitionem habebant cum viginti Hispanorum præsidio.

Habitant ibidem 17 circiter etiamnum Lusitani, & 80 Labovensium familiae Christum profertentes.

Occupatum est hoc regnum à Vice-Admirallio, anno 1600, mense Novembri, & aucta firmataque munitio, imposito sufficienti præsidio.

In Continente relicta nobis solummodo *Gammequorre*, dives incolis, ad quos Sabougeneses desertis Hispanis sese adjungere: quorum rogatu roboratus à nobis locus, & 30 milites impositi.

Provisum affatim universis his locis, tam de præsidio militum, quam omni bellico apparatu, ad vim hostium nostrorum propulsandam, quamdiu cum incolis amicitia nostra constabit, quam perpetuam fore verisimile non est: quia cum nos primum ad auxilium suum vocarunt, ingentia quæ utrimque facta sunt, promissa servari non possunt.

Comprehensa quædam in fœdere, quibus nimium grauantur incolæ: videlicet, ut cederent in commodum nostrum universa vectigalia, tam incolarum, quam exterorum: item ut ab omnibus omnino pendendis liberi nostri essent, ad sumtum à nobis factorum compensationem, quæ fore ut serventur non existimo; præsertim quia Nobiles, ac ipsa etiam plebs non abstinere modo, verum etiam unquam à se concessa infitari non verentur.

Multa quoque à nostris promissa, quibus hactenus stare non valuimus vnde animi incolarum nonnihil alienari.

Parens rerum docet experientia nationes ac populos, qui necessitate compulsi, ad aliorum recurrunt

currunt auxilium, haud ægrè subjicere sese: postea vero compositis rebus adjutorum suorum jugum excutere remis velisque conari. Non eadem tamen ratione, & oblivione beneficiorum ac ingratitude, pro diversis moribus, innata humanitate, politia, legibus ac religione.

Barbari sunt hi populi, perfidi, ambitiosi, omnisque jugi impatientes, assiduis bellis obducto ad omne scelus callo vetustatis, propensi imprimis ad res novas, præsentisque status mutationem.

Reges olim ipsorum plurimas insulas sub tyrannidem suam violenter rede gere, rexeruntque absque ullis omnino legibus, accommodante se ad Regis morem voluntatemque populo: verum hac tempestate impotenti dominatione ac libidine venerunt in contemptum.

Solebant gravibus tributis atque exactiõibus onerare subditos, nullâ certa regulâ modoque observato: quod hodieque nonnulli Ternatensium Magistratus conantes, graves subinde, murmuraciones, tumultusque excitant, conquerentibus Macguinis, alijsque qui sub nostram se tutelam dederunt.

Conati summo studio nostri, quantum fieri potest, occurrere his motibus, sedare quidem paulisper, non tamen extinguere omnino valuerunt: unde jure suspicari licet.

Nihil proclivius quam nasci in animis hominum adeo ad res novas propendentium odium magistri: in primis si ab alio ea quæ grata sunt præstentur; quemadmodum liquido satis videre fuit Ioannis de Silva temporibus, qui liberalitate quadam ac munificentia venatus est animos incolarum: ita ut cum plebs, tum etiam proceres à nobis aversi ad Hispanicum foedus afficerentur, ut postea latius.

Hæc de nostra cum Molucensibus amicicia. Restat ut de communi hoste nostro Hispano agamus.

In

In insula Ternatensi possident Hispani Metropolim, quam vi armata incolis extorserunt, & hoc tempore *Nuestra Signora del rosario* appellant. Munita est admodū ac valida civitas, forti præsidio, omnique apparatu bellico apprime instructa, quem è Manilibus convehunt. Sunt hoc tempore in præsidio 200 Hispani, 90 Papanges (Hi sunt Philippinarum incolæ) commorantur præterea 30 patres familias Lusitani, 80 Chinenses, qui varijs opificijs exercendis victum quæritant: 60 circiter præterea Christiani ex Molucis cum uxoribus ac liberis.

Inter Maleiam & hanc metropolim occupant præterea munitionem dictam S. Pedro & S. Paulo, sitam in colle, fortem ac instructam: habet fere 26 Hispanorum, 20 Papangum, & Manilensium aliquorum præsidium.

In insula Tidorensi, quā integrā possident, tres quoque habent munitiones: unā in metropoli, ubi residet Rex, sitam quoque in colle, quæ *Taroula* appellatur. Quinquaginta ordinarie Hispani, decem Papanges, octo incolæ custodiunt cum quinque ingentibus æneis tormentis.

Altera est Lusitanica vetus arx, quam Cornelius Sebastiani occupavit: nunc rursus exerunt Hispani, tredecemque hispaniensibus militibus, præter incolas custoditur, duobus tormentis armata.

Tertia appellatur *Marico* haud Longius distans à *Nuestra Signora*, quam ut conspici possit. Habitatum est frequentibus Tidorensibus oppidum, muro circumdatum, quatuordecem Castilianorum imposito præsidio, & Papangibus aliquot, duobus tormentis instructum. —

Sunt in hac insula alia præterea oppidula, quas incolæ habitant, sed pauci: vix mille armatos exhiberent.

Habet hic rex alios præterea in Continente subditos, à quibus oryza aliaque necessaria subministrantur.

In

In Contiente *Gilolo* diversas habent munitiones : *Sabongo* imprimis , quam Ioannes de Silva anno 1611 nostris eripuit, adversus pactas inducias , quas nos servaturos obtuleramus , ut ex instrumentis ac litteris patet.

Munierunt hunc locum, si quem alias, excitatis quatuor propugnaculis, fixisque vallis, & media luna contra fluvium, imposito 60 Castilianorum, 40 Papangum præsidio. Desertis Hispanis incolæ ad nos in *Gamconorre* venerunt.

Instructa hæc munitio bellico apparatu ac tormentis, ut dictum.

Secundò *Pilolo* quam idem Ioannes de Silva callidè nostris abstulit, inventi Regis Ternatensis auxilio:

Custodiunt hunc locum 60 Hispani cum Manilensibus nonnullis, apprime omnibus bellicis rebus instructum.

Sita sunt hæc loca septimo à *Malaca* lapide ad Occidentalem plagam *Gilolæ* insulæ.

Tertia munitio sita quoque ad plagam Occidentalem *Gilolæ*, è Regione *Macjan*, *Aquilamo* dicitur, circumdata murris jacens ad fluvium, incolis habitata: custoditur paucis Hispanis, & 40 circiter Tidorensibus, qui à Rege suo stipendia accipiunt. Propugnaculum habet duobus tormentis armatum.

Ad oram Morenses, quæ est ad Orientalem *Gilolæ* plagam, terna quoque possident munita *Iolo*, *Isiau*, & *Iassongo*, quæ 45 Hispanis, alijsque incolis maxima parte Neophtis custodiuntur.

Hinc ingentem orizæ, sagu, alijsque commeatus copiam accipiunt.

Vnam fere triremem, birememque præterea habent in mari, præterea Laros nonnullas, quæ remigio impelluntur, impositis mancipijs alijsque captivis, præter milites ac socios.

O

Armis,

Armis, bellicoque apparatu fere semper instructi sunt, è Manibus ea convehentes.

Annonæ non raro laborant inopia; quare subinde famuli, ac è vili plebecula homines, milites etiam nonnunquam, fuga se subducunt.

Quod ad commercia attinet, cuius permiffa sunt.

Carijophillorum media pars Regi cedit, quorum commercia à Lusitanis exercentur.

Sex primis annis ingentes à Rege facti sumtus, absque ullo fere emolumento: verum spes agricolam aluit.

Præst hoc tempore his locis Hieronymus de Silva, qui factis in Belgica inducijs huc profectus est.

Afsistunt huic Gubernatori Satelles Major unus, Centuriones aliquot, ærarij duo, unusque Regius Mercator, quos, pro ut visum fuerit Gubernator in consilium vocat. Habet præterea *Alcaldos Varachelos* aliosque similes, pro more & consuetudine, Hispanorum.

Qui modo præst Hieronymus de Silva, vir est Belgicarum rerum bellicæ expertus, dissimulatur & callidus, ut ex responsis ab eo acceptis à nostris adversum.

Verum ad propositum nostrum à redeamus. Vigesimo quinto Augusti in *Iaparre* venimus, classique de oryza, alioque comœatu providimus.

SEPTEMBER.

15. Septembris venientes in *Iacatra* naves ibidem refecimus; non tamen absque suspitione ac sollicitudine adventus classis Ioannis de Silves, quam *Malaca* in *Bantam* atque inde *Iacatram* ad nos oppugnandos venturam esse constabat.

30. Eiusdem mensis certus ad nos nuncius allatus de subita morte Ioannis de Silves, qui *Malacæ* obierat

obierat veneno, ut suspicabamur: quare classis ipsius tam annona, quam viris diminuta ad Maniles redijt.

Relatam à nobis superius quatuor omnino in illius classis apparatu annos esse consumptos, nulla re digna patrata, ingenti Hispanorum jactura ac dedecore.

Quiescentibus nobis in *Iacatra*, variæ ex Molucis, Banda, alijsque locis naves appulere onustæ aromatis, ad societatis emolumentum.

Advenere quoque interea diversis temporibus nonnullæ naves ex Patria: quatuor insignis magnitudinis apprime instructæ commeatu virisque, ingentique Hispanicorum Regalium copia.

Alia ex *Iapone* Hispanicis quoque regalibus, infectoque argento, ære, ferro, alijsque rebus onerata appulit. Maximam harum mercium partem Lusitanicam Navem in *Maroco* tendentem prædata acceperat.

Inter dictas naves erat Hornensis una VVest-frisia nomine, in qua proditionem 28 socij cogitarant, ut facta potestatis suæ navi discederent: Verum conspiratione detecta, Dux illius in *Bantam* quatuor in partes dissectus; sociorum nonnulli abscisis prius digitis suspensi; reliquis, quorum minor erat culpa, ad triremes, aliasque servitutes damnatis.

OCTOBER.

20. Octobris *Iacatram* advenit navis Concordia dicta, Hornensis, Nauarcho Iacobo Le Maire, quæ ex belgica discesserat 25 Junij 1615.

Quandoquidem autem compertum est, non esse eam è societate, & absque illius mandato profectam, præses Ioannes Petri Coenen generalis societatis emolumento eam reliquæ classi adjunxit, viris in alias naves distributis.

O ij

Nihil

Nihil plane dignum hac navi tam longinqua profectioe patnaverant: quanquam afferent breviorẽ se ordinario cursum invenisse: sed absque verisimilitudine; quia in itinere suo Ternatam usque ipsos quindecim menses triverant (ut constat ex propria ipsorum confessione) idque secundo vento, atque una duntaxat navi, cui alias expectandi necessitas non incumbit, pro ut in integris classibus usu venit.

Admirabantur imprimis navis hujus socij, Commendatoris Spilbergij classẽ tanto tempore ante ipsos Ternatam attigisse: tum quia gravissimis navibus difficillimus per Magellanicum fretum transitus est; tum etiam quia duobus prælijs, variorumque locorum visitatione plurimum temporis absumserant.

NOVEMBER.

Decimo Novembris ad Stationem in Bantam appulit Navis, quæ Nassau appellatur Præfecto Petro vanden Broeck: veniebat è mari rubro ab urbe *Moca*, in qua negotiatus apprimè sibi de Hispanicis Regalibus Turcicisque ducatis providerat.

DECEMBER.

Duodecimo Decemb. venit in Bantensem portum Dominus Commendator Stephanus Doefens, cum duabus navibus, quarum una Amstelodamensium, altera Middelburgum dicitur.

Venerant per fretum Malacense è Iambico haud multum onustæ.

14. Ejusdem Commendator Spilbergen parare cœpit itineri necessaria, ut cum dictis duabus navibus in patriam remearet. Erat autem navis Amstelodamensis septingentarum ut vocant *Lastarum*, sexcentarum vero *Zelandica*. Deus Opt. Max. propitius adsit itineri.

Brevis & accurata descriptio munitio- num, militum,

*omnisque bellici apparatus in Indijs, ad generalis societatis obsequium, sub
imperio potentissimorum Ordinum generalium confœderatarum
Belgica Provinciarum, atque excellentiæ suæ Mau-
ritij à Nassau Principis Auracæ è In Mense
Iulio Anno 1616.*



ET primum quidem in Molucis insulis.

In insula Ternatensi Maleicæ erant Centuriones qui sequuntur.

Centurio Fredericus Hamel, Hagienfis Batavus.

Centurio V Vilhelmus Eetvelt, Bruxellensis.

Centurio Petrus Backer, Antvverpianus.

Centurio Rulandus Philippi, Silvæducensis.

Centurio Gosvvinus à Mammerent, Bergensis ad Somam.

Singulorum cohortes nonaginta aut centum circiter virorum erant amplum satis numerū
efficientes.

Instructa est hæc civitas muris, munitioibus, viris armisque, omnia denique quæ ad fir-
mandam urbem aliquam requiri possunt.

In hac alijsque circumjacentibus insulis visuntur aliæ complures munitiones, atque arces, ut

O iij

Tabucque

Tabucque haud longè distans à Maleia, quam cives ipsi custodiunt.

Tacome & Tabou in insula *Gilolo* à Ternatensibus præsidij custodiuntur.

In Tidorensi insula munitio est *Marieco*, valida ac fortis siquæ alia, tuetur cum universa cohorte sua *Vilhelmus* ab *Amsing*.

In insula *Mothir* validissima quoque visitur munitio, lapideis cincta muris: Præfectus est *Henricus Mayer*, Trajectensis ad *Mosam*, insignique imperat præsidio.

Insula *Macjan* subest Vice-Gubernatori *Gisberto Vianen*, Ultrajectensi, habetque tres munitiones abunde rebus omnibus præsidioque instructas, ut *Tasasor*, *Tabolole* & *Noffaca*: quarum ultima proxime portum est sita.

Insulæ *Bacjan* imperat Gubernator *Bartholomeus* à *Speelbergen* Antvverpiensis, supremus mercator: habet munitionem *Barnevelt* appellatam, structam lapidibus, validamque armis ac militibus, & Sinensibus aliquot.

In *Amborna* insula Regalem habemus arcem, validis munitionibus roboratam: præest *Henricus Steur* Somerdamensis cum centum & quinquaginta militibus. Alias præterea arces quasdam ut *Conbellam*, *Hitton* & *Louvv*, quarum postrema à Ternatensibus custoditur.

Imperat universæ insulæ *Adrianus Blochoufen*.

In *Banda* insula duas munitiones possidemus: unam *Nassau* dictam, centum & viginti *Belgarum* militum præsidio, excepto ingenti Iaponū, Sinensium, aliorumq; numero: alteram, quæ *Belgica* vocatur, instructa ut prior. Præest utrique Centurio *Henricus Beverlinck*, *Goudanus*.

In insula *Polevvij* occupamus munitionem *Revenge* appellatam, centum sexaginta militum præsidio, sub Præfectis, Centurionibus *vander Dussen* & *Ioanne verhoeven Tielensi*.

Ad limites *Coromandelios* in *Palataque* exstructa à nostris magnifica validaque arx, centum-

tumque & viginti militum munita præsidio.

Favent nostris binæ ciuitates *Negapata* & *Masepata*, liberumque præbent commercium: in
cujus rei gratiam bellica aliquot tormenta, reliquumque apparatus à nostris acceperunt.

Præcipua omnibus his locis auctoritas Ioannis de Hase, Antvverpiani, qui Indiæ præterea
consiliarij munere fungitur.

In insula *Iava* *Majore*, in loco *Iacatra*, diei unius itinere à Bantam, situm est ingens, amplum
atque magnificum ædificium in quo varij opifices commorantur. Servantur hoc loco omnes
bellici apparatus, & quidquid ad instruendas naves requiritur: custoditur itaque æneis tormen-
tis validoque præsidio, subestque Bantensibus.

Instructæ sunt tormentis ac militibus biremes quibus utimur his locis, exceptis mancipijs,
captivisque remigibus.

Habes hic munitionum, locorumque, quæ hic possidemus, brevem atque accuratam
descriptionem. Sunt autem singula militibus, æneisque ac ferreis, lapideis quoque tormentis
instructa: quorum generalis numerus hic sequitur.

Milites. 3000.

Anea tormenta. 193.

Ferrea. 320.

Lapidea. 300.

De desertis aliquot locis.

Possedimus in insula Gilolo munitionem *Gemmalanor* dictam; quam ideo deseruimus,
quia

quia ab ea parte nihil ab hoste verendum esse videbatur.

Deserta quoque à nobis in Insula Boutton, inter Molucas, & Iaua, fortis munitio, propterea quod inutilis iudicabatur.

Reliquimus præterea munitionem in Insulis Salor & Timor, ad quas non ita pridem missæ sunt naves, Aquila videlicet, & Stella, ad foedus cum incolis renovandum.

In urbe Grefei, quæ sita est in Iaua Insula, ærarium quoque consultò derelictum.

Desertum similiter ærarium in Aschiensi Metropoli, propter Regis auersum à nobis: iratumque animum: missæ tamen duæ rursus naves, quæ ad conciliandum Regem incumbant.

Inter omnes barbaros nullus nostris magis addictus quam Rex Iooensis, quanquam nullam in ipsius regno munitionem habeamus: quapropter multa patitur ab hostibus, quibus obsisti posset, si firma sedes aliqua ad sese recipiendum nostris attribueretur.

In insula *Selebes* à juvenibus atque inexpertis desertus est locus *Macassar* nulla habita ratione insignis emolumentum, quod eo ex oryza & sagu perpeciebamus: Verum ad renovandam amicitiam adlaborari cœptum à nostris.

Misimus naves nonnullas ad *Fieos Priaman* & *Silbe*, sita ad Occidentalem *Sumatrae* plagam loca, ad instituendum piperis commercium.

In una insularum dictæ *Sumatrae*, in urbe Iambi apud Malacense fretum longe utilissimam præ reliquis omnibus negotiationis sedem habemus; præest autem *Andreas Suri* Mercator, piperis commercio.

In regno Borneo liberum nobis adamantum, lapidisque *Bezoar* commercium conceditur, sub *Henrico Vaeck* Mercatore.

In amplissimo, famosoque Iaponis regno magnificentum ædificium excitatum est à Mercatore *Iacobo*

cobo Spex quo sub eodem nostri negotiantur.

Patemur equidem in ditione Firandensi, sita in eodem regno vix ullum aliquando fuisse commercium ac negotiationem: verum adeo floret hoc tempore, ut opificia atque artes. quam in ipsa *China* perfectionem ascenderint.

In hac Firandensi ditione plurimi olim Iesuitæ fixerant sedē, ceperantque incolas ad Christianam religionem pellicere: sed tandem à Regulo, partim pulsis patribus, ad antiquos errores suos subditi traducti.

In insula *Iava majore* Rex est qui magnus Macarans appellatur; sub quo plurima domicilia, omnisque generis commercia instituiimus. Præcipuum est in Iapara, annona imprimis abundans, ut oryza, busbus, ovibus, capris, fabis, pisces, arefacto pisce, aliisque id generis: unde Molucei Bandensesque nostri com meatum fere accipiunt.

Ad firmandam cum magno Macarans amicitiam missus eo Fredericus Druyf, Enchufanus generalis Societatis nomine cum pluribus muneribus, ad animum Regis deliniendum.

In dicta insula Iava, visitur celebris illa civitas Bantam, quæ à Pangoran (cui ipse quoque Rex subijcit sese) gubernatur.

Primaria hic negotiationis universæ Indiæ sedes sub dicti Pangoræ gubernatione atque imperio.

In civitatis hujus portu operantur rursus universæ naves, mandataque accipiunt, à Domino Ioanne Petri Coenen, Hornensi, Indiarum præside generali, qui hoc loco omnes Indiæ rationes ac scripta in librum confert, unde universarum rerum status hic semper potest intelligi.

Quod ad divitias atque potentiam Moluccarum, Ternatenfium &c. attinet, descripta superius habetis ab insigni viro Centurione Apolonio, Schot Middelbùrgensi, cujus in tota India fulget nomen.

P

Nnmerus

Numerus navium, quæ diversis locis fuere in Indijs mense

Julio 1616. usque ad ejusdem anni exitum.

In Molucis, in insula Ternata, ante Oppidum Malcian Naves erant.

Vetus Sol.	Vetus Luna.	Nova Sol.	Nova Luna.
Vlissinga.	Angelus Delphensis.	Spes.	Lucifer Rotterodamensis &
Larus tendens ad Amboinam.			

In Iapatra.

Est Hollandia alias Brandaris, quæ Oryza, ad Molucas convehenda
oneratur.

Ante Bantam erant profectura in Amboinam & Bandam.

Fides.	Nassauv.	Hoorn.	Larus Iaponensis.
<i>Iaponem vetebat.</i>		Nigra Leo.	

Timor & Solor Navigabant.

Aquila. Stella.

In Afchien tendebant.

Falco & Venatio.

Ad Limites Coromandelios & Negapatan.

Neptunus.

Aurea Leo Rotterodamensis.

Ad Iambi.

Bargensis lembus.

Semi-Luna.

Ad insulam Ingane & Limites Sumatra.

Concordia & parva Hollandia, ad excipiendos qui ex Æolo salutem quaerant, passi naufragium, cum E coromandelijs limitibus, onusti mercibus advenirent.

In Statione Iacatrensierat.

Frisia Enchufana.

Rursus in Bantam.

Nova Frisia Hornensis.
landorum.

Amstelodamensium insigne.

Middelburgum Ze-

& Limitibus coromandelijs expectatur quotidie Tergoes.

Profecta est hoc anno è dictis insulis in Patriam Nigra Versus Indigo onusta.

Discesserunt quoque in Patriam.

Nova Orientales & Occidentales
IN OCTOBRI. DECEMBRI.

Navis Amstelodamum. Et Nova Zelandia.

Accepimus hic nuncium solvisse è Patria. Concordiam Amstelodamensem.
Et Æolum Zelandicam.

In banda Habemus.



Vas Biremes. In *Iacrata* & *Bantam* habent præterea nostri lembos ac liburnicas fere 37 (exceptis pluribus minoribus naviculis) tormentis, apparatu ac militibus instructas.

Hic habes breviter rerum nostrarum statum in Indijs. Iam ad prosequendum iter nostrum redeamus.

Vigesimo secundo Decembris obiit Iacobus Le Maire (qui dictæ navis Amstelodamensis Nearchus fuerat) summo Admirallij, aliorumque mærore ac tristitia, de viri egregij, & navigationum peritissimi amissione dolentium.

IANVARIVS.

24. Ianuarij 1617 sub vesperam ad insulam *Maritimum* accessimus, jactisque anchoris de recenti aqua alioque comœatu classi providimus.

30. Solvimus è portu, qui Statio Molucensis appellatur, tendentes ad Eurum.

FEBRVARIVS.

Kal. Feb. conspeximus transivimusque insulam *Massarium*.

Quoniam

Quoniam autem juxta existimationem nostram nullas amplius terras aspeximus, triginta quinque graduum habentes altitudinem. videruntque se deceptos in conjectura sua Nautæ, & centum ac viginti cubitis vadum non erat: undecimo Martij fleximus cursum nostrum ad Hypocircium: propterea quod bonæ spei promontorium relictum à nobis Orientem arbitramur.

20. Ejusdem quarta post ortum solis hora S. Helenæ terra ad spectui nostro oblata; de quo actæ Deo gratiæ.

Dictum supra tribus ante mensibus aberasse Zelandicam Navem nostram: hanc in hac statione reperimus, unde mirum quantum aucta lætitia, quæsito itaque cum festinatione comœatu iter paravimus.

A P R I L I S.

- 7. Aprilis discessimus è S. Helena:
- 14. Fulgente Luna nocte insulam Ascensionis apparuit.
- 23. Binas in mari naves vidimus, quæ licet invitantibus nobis colloqui recusarunt.
- 24. Lineam AEquinoctialem transivimus.

M A I V S.

- 13. Maji prætervecti sumus falsas ad Septemtrionem insulas.

I V L I V S.

Denique Kal. Junij, divinæ Majestatis beneficio cum duabus hisce navibus pretiosissimis mercibus oneratis diu exoptatum patriæ invecti sumus portum in Zelandia, de quo Divino numini sint gratiæ in æternum. Amen.

Numerus vigesimus primus.

Est Solor, Amboina cum Ganapo monte, ad lectori satisfaciendum adjuncta.

- A. Portus Solor apparet intrinsecus ea figura quam vides: nullam enim qui in eo sunt exitus viam nisi proxime illi adsint, adspiciunt.
- B. Ingressus in portum, ad cuius dextrum latus ingens mons adsurgit.
- C. Alius ingressus, utroque latere altis quidem, paulo tamen priore minoribus cincto.
- D. Munitione Solorana, calce ac lapidibus exstructa.
- E. Incolarum habitatio.
- F. Insula Amboina cum munitione, plurimis adibus hinc inde circumdata.
- G. Incola, eorumque vestitus.
- H. Insula Nera, in Banda, cum duabus munitionibus, quarum una Nassauw, altera Belgica appellatur.
- I. Est Mons Ganapus, certis temporibus flammam, fumumque vomens, quibus lapides iuxta ac arbores in aëra attollit: ita ut nemine propinquius accedendi sit audacia.

Hic Finis navigationis D. Georgij Spilberghen.


VT autem in omnibus benevolo lectori satisfiat, operæ pretium visum fuit adungere Australes navigationes: propterea quod non raro mentio inciderit de rebus ad eam spectantibus: ut inter cætera necessario transitum esse ad Austrum, quemadmodum à Iacobo le Maire perito ejus rei viro in India intelleximus, qui in reditu ad Patriam apud nos obiit. Conspicias autem Regionum situm in tabulis, multa que lectu atque admiratione digna reperies, Vive & Vale.

Solor.




Amboyna.

No 21



M. Ganapus.

I. Nera.



NAVIGATIONES AVSTRALES.

Iacobi le Maire anno 1615. 1616 & 1617. Quemadmodum juxta Magellanicas angustias per aliud Fretum in Australe Mare pervenit, orbemque universum navigatione circumvit.

Prefatio ad benevolum lectorem.



V andoquidem à præpotentibus Dominis Generalibus confæderatarum Belgicæ provinciarum Ordinibus, concessa Indicæ Societati permissiõe, interdicta erat reliquis mercatoribus navigatio ad bonæ spei promontorium, versus Orientem, & per Magellanicum fretum ad Occidentem, siue in Indias seu alias Regiones: Isaacus le Maire Mercator Amstelodamensis Egmondæ habitans, summus peregrinæ negotiationis amator, & V Vilhelmus Cornelij Schouten, bornensis, vir navigationis peritus ac celebris; (ut qui tertio Orientalem Indiam, Nauta, Gubernator, atque mercator lustraverat) tactusque desiderio peregrinas regiones indagandi, persæpe invicem collocti familiaris, attentiusque contemplati sunt, num per aliam viã, dicta permissiõe minime tæctam in Australe mare perveniri posset; in quo ingentes, opulentasque regiones reperturos sese arbitrabantur, unde pretiosis mercibus onusti remearent: aut si id minus succederet per dictum mare Australe ad Orientalem Indiã vela facientes, ibi certè cum lucro negotiarentur. Præmissa igitur longa deliberatione conclusum tandem ab ipsis, ut ad Australem orbis horizontem relicto Magellanicò freto, transitum perquirerent.

Ad tanti autem operis executionem pacto conventum, ut mediam sumtuuum partem Cornelius le Maire, alteram V Vilhelmus Schouten exhiberet, ab amatoribus ac familiaribus conquistam: totius vero apparatus cura penes

Q

penes *V*ilhelmum remansit, qui ad praebendum auxilium persuasionibus suis induxit *D. D. Petrum Clementis* Brouwer, civitatis *Hornensis* Exconsulem, *Ioannem Ioannis Molenverf* Scabinum, *Ioannem Clementis* kief, ejdem urbi à secretis, & *Cornelium Segert*, civem ibidem, qui sese *V*ilhelmo Schouten, *Isaaco le Maire*, & *Iacobo le Maire*, *Isaaci filio* adjunxere. Hi exiguo tempore quantum sat erat collegere nummorum, profectiois semper intentione celata, & ad iter suum horna ingentem validamque navem cum *Laro* una edificarunt. *Magna Navis Concordia* dicebatur, centum octoginta circiter *Lastarum* erat; praerat ei ac toti pariter *Navigatiōi V*ilhelmus Schouten *Nauarchus*, & *Iacobus le Maire* supremus *Mercator*. Ierant sexaginta quinque viri, cum novendecem aenea, duodecim lapidea tormenta, sclopeti, aliisque bellicis apparatus. Aderant ad navis obsequium binae *liburnicae*, una quae velis, alia quae remis agebatur, lembique duo: anchoris autem, rudentibus velis, aliisque necessarijs abunde erat instructa.

Larus quae *Horna* dicebatur quinquaginta circiter erat *Lastarum*, *Nauarchum* habebat *Ioannem Cornelij Schouten*, *Mercatorem Andream Nicolai*, viginti duobus viris, octo aeneis, & quatuor lapideis tormentis, aliisque necessario apparatu instructa. Quoniam autem celarant intentionem suam, ea conditione milites, sociosque susceperunt, ut quocumque *Nauarcho* ac *Mercatori* lubitum esset navigarent.

Diversi hominum erant de hac profectioe sermones atque sententiae, auri ad vectores à populo appellati: verum ipsi sese *Australis Societatis* nomine indigetarunt. Paratis navibus expeditisque ijs quae necessaria videbantur, initus decimo sexto *Maij*. Anno 1615 apud *Dominos*, *Prætozem* atque *Scabinos Civitatis Hornensis*, militum, *Nautarumque* numerus.

Vigesimo quinto Concordia Horna discessit, & *vigesimo septimo Texelam* venit: *Tertio vero Junij* sequuta *Larus*, postero die *Texeliam* appulit.

Quae autem ipsis acciderunt in universo itinere fideliter sequenti narratione complexi benevolo lectori exhibimus. Vale ac vive.

AVSTRA.

A V S T R A L E S N A V I G A T I O N E S .

Iunius.

14. **I**VNII solvimus e Texela, transitaque Dunkerc-
ca Pleidmeuijam tendimus usque ad 13 Iulij.

Inter 14 & 15 eodem vento atque progressu Tropicum Cancrī transijmus.

16. Mane flante Aquilone fluctibus intumescens mare, lembum qui ad ma-
jorem navim alligatus erat, immissa unda, ruptisque rudentibus abstulit, quem

Horna eo usque immunem vexeramus:

Meridie viginti graduum & triginta minutorum altitudinem habebamus.

A decimo usque ad vigesimum quartum felix cursus, secundusque ventus adspiravit donec pro-
montorium viride attigimus: ita ut flante Zephyro superato capite sub solis occasum, apud secun-
dam insulam fixis anchoris quiesceremus, statione ordinaria, decem cubitorum vado.

Vigesimo quarto ingens imber irruit, factaque à nobis ad aquationem preparatio.

Vigesimo quinto Gubernator ad Navem accedens, composuit nobiscum, ut exhibito ferricer-
to pondere, ut utramque navim vehendæ aquæ copiam faceret,

Q ij

Vigesimo

Vigesimo quinto nebulis oppleto, pluvioque cælo; adventantem è mari navem prospeximus, quæ duabus à loco in quo eramus leucis ad terram appulit: erat autem Rotterodamensis lembus, ad negotiandum in ea ora profectus.

Vigesimo octavo & vigesimo nono aquam attulimus.

Larus nostra ad eum locum profecta est, in quo jacebat Rotterodamensis lembus; (erat autem portus nomine *Resresco*) ut citria mala adferret: sed vespere vacua redijt.

Trigesimo primo gallica navis è mari ad stationem nostram accessit.

Eodem ipso die æthiopem ceperamus, qui commodum piscationi locum nocte monstravit, in quo eam copiam cepimus, quæ duobus integris diebus utrique navì suffecit.

AUGUSTVS.

Kalendis Augusti ubi primū sol erat exortus à viridi promontorio vela fecimus, cōitante lēbo Rotterodamensi, qui meridie à nobis discedens ad falsas insulas cursum direxit: nos autem prospero successu transita S. Anna, vigesimo secundo ad insulas *Mabrabombas* accessimus, miræ altitudinis, quæ ternæ Ordine ad Caurum & Aquilonem jacent, media leuca ab Australi Sierrę Lione angulo versus mare. Appulimus ad littus, verum in cultam hominibus terram reperimus gradium modo animalium vestigia intuiti. Terra erat inhospita ac silvestris paludibus montibusque sparsa.

Vigesimo tertio mane supremus Mercator Iacobus le Maire ac Earum accessit, atque inde cum utroque lembo ad terram: fluvium reperit rupibus ac saxis clausum, ita ut navibus non daretur introitus: intrinsecus tamen profunditas erat, sufficiensque latitudo ut navigari posset: nulli conspecti mortales, terni modo silvestres boves, simiarumque copia, aves præterea instar canum latrantes. Tribus omnino milliaribus secundo æstu processere, nullis aut mortalibus, aut commo-
dis,

dis fructibus repertis, exceptis aliquot silvestribus palmis.

Vigesimo quarto uterque lembus iterum appulit ad terram, ad homines com meatumque indagandum, diverso singuli flumine profecti.

Andreas Nicolai, Lari Mercator cum Assistentium uno, & Nicolaus Ioannis Ban, cum Gubernatore navis nostræ in diversa profecti, ad quinque circiter leucas.

Vigesimo quinto mane rursus ad navem rediere. Lari mercator in falso flumine navigavit, nec quidquam præter silvestres aliquot palmos attulerat: verum Nicolaus Ioannis Ban dulcem recentis aquæ fluvium invenerat; locumque octo aut novem citrijs consitum, è quibus septingenta circiter & quinquaginta mala dejecerant, parum à maturitate distantia, aptaque ad perdurandum.

Viderant eo loco plurimas testudines, crocodilosque nonnullos; sed mortalem neminem.

Incubimus ad intrandum utraque navi dulcem fluvium, ad recentem aquam, citriaque adferenda: sed obstitit vadum:

Iacobus le Maire & Andreas Nicolai cū lembo fluvium ingressi sunt, pluvioso nubiloque cælo.

Vigesimo sexto, vehemens Caurus incubuit; ita ut absque ullo progressu vela faceremus: currit nihilominus Larus ad Australem portus angulum, quinque circiter milliariibus à Septentrionali litore distantem.

Vigesimo septimo, exorto sole, levatis anchoris cursum nostrum Larum versus intendimus.

Girca meridiem Lari lembus cum Iacobo le Maire mille circiter ac quadringenta citria adferens, quæ ad dictum fluvium hinc inde carpserant, nullis tamen visis hominibus redijt.

Post solis occasum ad Larum venimus, jecimusque anchoras ad quatuor cubitos & medium.

Vigesimo Octavo Lari nostræ Gubernator , cum lembis duobus profectus ad fluvium ante quem jaciebamus inclinato jam die, ac pæne præcipiti redijt, nulla terra inventa, apta ad exscendendum, nec mortalis ullius vestigio, bubalo tantum uno, vituloque; paludibus præterea, stantibusque in falsa aqua arboribus.

Vigesimo nono comperto minime esse nos in fluvio de Sierra Liona, conclusimus prima aurora vela esse facienda, currendumque ad Septemtrionale altioris terræ latus.

Meridie insulas Mabrabombas pertransijimus, ijs ad Occidentem relictis, tendentes ad altam terram, versus Septemtrionalé plagam: vespere autem angulum superavimus, jecimusque anchoras ad quindecim cubitos. Trigesimo mane sublatis anchoris secundo æstu, flanteque Eustro ante pagum recta in stationem de Sierra Liona processimus, fiximusque ad octo cubitos arenosi vadi, ad sclopeti jactum circiter à terra, in qua octo aut novem contectas stramine casafas adspeximus.

Acclamabant nobis Æthiopes lingua sua, ut eos lembis nostris ad naves veheremus, quia navibus carent. Missus itaque ad terram lembus, redijt confestim cum Æthiopibus, quorum unus erat interpres Petebat hic ut obsides daremus: propterea quod paulo ante Gallica navis appulsa, cum duobus Æthiopibus discesserat. Mansit Andreas Nicolai, cum Coralli aliquanto, quo septingenta circiter citria mercatus est, aliosque fructus quos Bananas appellant.

Mistum quiddam ex omnibus loquebatur interpres.

Adspirante oportuno sudoque cælo aquatum processere nostri, exiguo labore, propterea quod è summo montium cacumine aqua decurrens usque in ipsam defluit stationem, ita ut nullo labore sitopus, ad dulcissimam aquam, suppositis modo vasculis, excipiendam.

Trigesimo primo aqua vasa nostra implevimus, primaque aurora Iacobo le Maire, Andreas

dreas Nicolai, Nicolaus Ioannis Ban, & Assistentes universi, profecti ad terram, eo ipso die viginti quinq̄ue circiter citriorum millia, coralli paxillo, vilisque pretij Norimbergensibus cultellis emerunt.

Post solis occasum pisces ab incolis Æthiopibus accepimus.

SEPTEMBER.

Kalendis Septembris post meridiem levatis anchoris secundo c̄stu descendimus sudo c̄lo, mediocri frigore.

Circa vesperam fiximus anchoras ad fluviolum quendam, ubi is in mare se exonerat:

Secundo matutino tempore ad littus Larus accessit crescentibus undis ad sese perpurgandam: Iudicabamus enim minime negligendam insignem eo loco oportunitatem, in quo septem pedibus aqua decrescit, ac rursus attollitur.

Sub noctem ad naves rediere nostri, adducto exiguo albi coloris animo *Antilop*, quod in silvis intricatum posito ab Æthiopibus laqueo invenerant. Advexere præterea citria nonnulla.

Circa vesperam piscatum exijt lembus, redijtque non ita multo post cum piscibus, palmisque aliquot in silva decisis.

Tertio post meridiem purgata Larus redijt à littore, discessitque piscatum Nauta noster, qui vespere copiosam piscium multitudinem retulit, nonnullos futorij cultri similitudine. Sociorum pro se quisque centum & quinquaginta citria ad navem attulit.

Quarto

Quarto summo mane anchoris sublatis vela facientes ex Sierra Liona processimus exiguo vento.

A quinto usque ad decimum nonum, hand pœnitendo profectu curcurremus.

Decimo nono mane ad Sierra Liona redeundi nobis erat animus, tum quia adversus ventus obstabat itineri, tum etiam quia quotidianis tempestatibus atque imbribus fatigati requiem optabamus, eratque necessaria aquatio ac commeatus.

Post meridiem secundus Africus adspirans ad flectendum ad Austrum cursum nos impulit, ut in itinere procederemus.

Vigesimo, idem secundus ventus afflavit, ad Austrumque processimus. Habebamus meridie octo graduum, & triginta minutorum altitudinem.

Vigesimo primo, totoque reliquo mense varietate ventorum, malaciaque ac quotidianis, validisque imbribus conflictati sumus.

Trigesimo, meridie quinque graduum elevationem habuimus.

OCTOBER.

Initio Octobris varios ventos, Malaciamque nonnunquam, continuosque imbres perpessi sumus.

Quinto, quatuor graduum & viginti septem minutorum altitudinem attigimus.

Circa Meridiem ambulans in puppi Nauta noster strepitum ad proram audivit, lapsumque in mare hominem arbitratus, atque prospiciens, purpureum mare sanguineque quasi infectum intuitus est, quasi ingens cruoris copia esset effusa. Admirans reputansque cum animo suo quid rei esset, vidit immanis magnitudinis marinum monstrum cornuto capite in navem nostram impigisse: postea enim cum in port Desiore advenimus, collocata in litore, ad expurgandum, navi nostra, vidimus infixum cornu Elephanti dentis similitudine plenum, non concavum, incredibilis duritiei ac roboris; tres validos asses inter quos quernum unum perforarat: steterat in quarto ingente

ingenti bono nostro: verendum enim ne perforata navi nos universos in discrimen adduceret. Infixum erat medij pedis longitudine cornu, alioque medio pede eminebat, ubi diffractum violenter fecerat vulnus ex quo bestia cruor effluserat.

Sexto, Septimo & octavo varius erat ventus pluviumque cœlum.

Octavo continuus imber decidit.

Decimo plurimos pisces cepimus, fuimusque Meridie trium graduum & triginta minutorum elevatione.

In sequentibus diebus Australes varijque fuere venti.

Decimo quinto duos gradus & triginta minuta habuimus, cepimusque eo die quadraginta plus minus Bonitas;

Decimo sexto eramus gradus unius & quadraginta quinque minutorum elevatione. Cepimusque eo die plurimos pisces, balœnasque conspeximus.

Inter decimū nonum & vigesimum circa mediam noctem AEquinoctialem lineam transimus.

Vsque ad vigesimum quartum perdurarunt Euronoti, versique tum demum magis ad Orientem, nobis ad Austrum tendentibus: decumani fluctus incumbabant, eramusque meridie trium graduum & quadraginta trium minutorum altitudine extra lineam ad Austrum.

Vigesimo quinto eodem vento cursuque processimus.

Nemini hæctenus sociorum de profectiois nostræ fine constiterat, excepto solo Nauarcho VVilhelmo Cornelij Schout, & Iacobo le Maire supremo Mercatore. Prælecta tunc universis inventio cursusque navigationis; nimirum ut aliam quam per Magellanicum fretum in Australe mare perveniendi viam indagarem; ad aperiendas eo loco novas terras ad Austrum, unde ingentes divitiæ exportari possent; vel si id minus è voluntate succederet, pergeremus ad Orientalem Indiam.

R

Ingens

Ingens eo die inrer socios gaudium atque exultatio , quod jam omnibus de profectioe constaret, & pro se quisque spe duceretur opes in eo itinere acquirendi.

Vigesimo sexto, meridie sex gradus & viginti quinque minuta habuimus , sudo cœlo , vento-que mediocri.

Reliquis mensis hujus diebus Euros & Aquilones sensimus, ad Austrum maxime flectentes.

Pridie Kalendas decem graduum & triginta minutorum erat elevatio.

NOVEMBER.

A Kalendis Novembris usque ad Sextum Decembris felici cursu processimus, vidimusque Ascensionis insulam, sitam viginti graduum elevatione.

Transferamus hoc tempore periculosa Abrolhorum vada.

DECEMBER.

Sexto Decembris, mane prima luce , quadraginta sex cubitorum profunditatem habebamus, flanteque Africo ad Caurum progressi , eramus meridie quadraginta septem graduum & triginta minutorum altitudine: post Meridiem ad quadraginta cubitos profunditas erat.

Circa quartam post meridiem horam terram aspeximus , non admodum elevatam, vilem , albamque adspectu oram.

Vespere milliari circiter & medio à littore anchoras jecimus ad decem cubitos.

Septimo mane sublatis anchoris vela fecimus, directo ad Austrum cursu usque ad meridiem, qua ante portum *Desire* venimus, sitam quadraginta septem graduum & quadraginta minutorum altitudine.

Cucurrimus recta ad ingressum, & quia creverant unde tectas aqua rupes deprehendimus, de quibus Oliverius à Noort in tractatu suo monet ad Septemtrionem esse relinquendas, portum verò

ad

ad Australem angulum rupes nonnullæ eminebant: quapropter ab eis declinantes, à vero ingressu aberravimus non absque ingenti periculo amittendæ navis, hærentibus nobis in lapidoso vado, ubi postquam unda decrevisset quatuordecem tantum aquæ pedes habebamus; ita ut Concordiæ puppis in vado figeretur: flabat à terra Auster magno bono nostro; etenim si Eurus afflasset dubio procul jacturam navis fecissemus.

Plurima in rupibus ora, conchasque & pisces cepimus: apuas imprimis sexdecem digitorum longitudine: quare hunc locum *Apuarum portum* appellavimus.

Profectus est ad *Piguines* insulas lembus noster sitas ad *Vulturnum*, duobus à *Porto Desiere* miliaribus, qui vespere rediens leones marinos duos, & centum quinquaginta *Piguines* attulit, quibus postero die epulati sumus.

Octavo mane ut primum sol surrexerat mediocri vento *Apuarum* portum egressi rectè ante portum *Desiere* quievimus, missoque ad explorandum vadum lembo, inventa est duodecem aut tredecem cubitorum profunditas in ingressu.

Confestim post meridiem vela fecimus flante *Cæcia*. Præcedebat *Larus*, ostium fluminis ingrediens.

Postquam altero fere milliari progressi essemus in flumine adverso vento exorto quievimus, jactis ad viginti cubitos anchoris: lapideum erat vadum, ut mediâ circiter elapsâ horâ experientia docuit: validius enim incumbente *Borrholybico* utraque navis duabus fixa anchoris ad Australe litus appulsa est: imo viginti quinque anchoris tenere non potuissent. Tum imprimis de servandis navibus desperavimus impacti in rupes. *Larus* imprimis versabatur in discrimine, cum ita ipsi unda effluxisset, ut siccis plantis sub ea transiri posset: res sane visu horribilis. Cum autem vehementior *Circius* incumberet sustentabatur à vento, ut liquido satis apparuit, cum eo cessante

R ij

latus

latus incumbuit summo terrore nostro cum præsens naufragium obversaretur oculis: verum accedente æstu, ventisque sedatis rursus ingenti omnium gaudio erecta est.

Numerus 22. Rerum, quæ in sequenti tabula

de Porto Desire exhibentur, declaratio.

- | | |
|---|--|
| <p>A. <i>Portus Apuarum, quem errore ingressi, integra nocte in gravissimo amittenda navis discrimine versabamur.</i></p> <p>B. <i>Loca in quibus ad littus projecti, vadoque impacti sumus: ita ut (horribile visu) siccis sub Laro pedibus posset incedi.</i></p> <p>C. <i>Avium insula, in qua plurimos pullos accepimus.</i></p> <p>D. <i>Insula Leonum.</i></p> <p>E. <i>Regia insula, pone quam naves nostra jacebant.</i></p> <p>F. <i>Locus in quo Larus nostra Hoorna stans in rupibus flammis absorpta.</i></p> <p>G. <i>Locus, in quo post multam inquisitionem recentem aquam reperimus, talimusque parvis vasculis ad navem.</i></p> | <p>H. <i>Maximorum hominum sepulchra, quorum ossa decem & duodecem pedum longitudine invenimus, tantis capitibus, ut inferius aperta nostris tanquam galea imponi possent.</i></p> <p>I. <i>K. Leonis ac leæna marina, quarum nonnullos captos comedimus.</i></p> <p>L. <i>Animalium genus cervorum fere similitudine: verum ea colli longitudine, ut reliquum corpus adæquet, incredibilis pernicitatis. Horum ingentem quotidie in montibus copiam cernebamur.</i></p> <p>M. <i>Struthiones, quorum frequens hic numerus.</i></p> <p>N. <i>Lapidea furca, ita à natura composita, ut artificiose facta videatur.</i></p> |
|---|--|

VEsperè strato tranquilloque mari à littore discessimus, noctuque ad nos Larus accessit. Nono mane ad Regiam insulam, ab Oliverio ita appellatam fecimus vela. Larus ap- pulit, fixitque anchoras: sed Concordiæ contrarius obstitit ventus.

Appulere

Porto Desire



Appulere ad insulam nostri, quam ovis pæne tectam invenerunt: stans junctis pedibus quietus homo quinquaginta quatuor nidos manibus poterat attingere, quorum singuli terra aut quaterna.

Decimo processit lembus noster aquarum ad Septemtrionalem fluvij ripam: verum nil nisi sal-
sa inventa, quanquam ad quatuordecim pedum profunditatem terram effoderent, tam in monti-
bus, quam vallibus. Rediere sub vesperam nostri, ingenti avium, ovorumque copia adducta.

Vndecimo ad Australem ripam lembus noster profectus ad indagandam aquam ac homines, ni-
hil quoque præter salsam reperit, struthionibus nonnullis, alijsque animalibus cervorum simili-
tudine, oblongo collo, quæ summo nostros terrore fugiebant.

In apice montis sepulchra conspeximus; aggesti erant lapidum cumuli, quidnam sibi vellent
ignari, disjectis lapidibus ossa hominum decem atque undecem pedum longitudine reperimus.

Positum est in more his gentibus collocare in cacumine montis super terram defunctos, lapidi-
busque contegere, ut à volucrum ferarumque defendantur injuria.

Duodecimo, decimo tertio, decimo quarto, quinto & sexto quotidie ad terram nostri appelle-
bant, ut recentem aquam adferrent: sed nihil quidquam præter aves ac pisces attulere.

Decimo septimo navem nostram auctis æstu undis ad littus Regiæ insulæ adduximus ut purga-
retur, sed decrecentibus undis ita vado inhæsit, ut siccis pedibus circumretur.

Decimo octavo Larus quoque posita ad littus ad purgandum.

Decimo nono nobis in navium purgatione occupatis, ignis qui sub Laro excitatus erat, su-
bito eam corripuens flamma involvit: quia autem quinquaginta circiter pedibus distabat ab
aqua cum succurri non posset, videntibus nobis ac nequicquam mœrentibus tota con-
flagavit.

Vigesimo cum crevisset aqua, Concordiam è vado abduximus, accedentesque ad Larum,

nequicquam extinguere ignem conati sumus: jam enim ipsam flamma consumserat.

Insequentibus diebus, qua integra remanserant ligna, ferramenta quoque ac bellica tormenta, & anchoras recepimus.

Vigesimo quinto inventa à nostris in specubus nonnullis recens aqua; sed alba ac crassa. Eo quotidie aquatum procedebamus. Nonnulli in vasis aquam humeris suis gestabant; alij ad præstandam securitatem armati comitabantur, nonnulli aves ovaque plurima quotidie ad ferebant, leones quoque marinos grati saporis, quibus vescebamur.

Minoris equi magnitudinem hæc monstra adæquant, capita habent leonum similia, velato longioribus pilis collo: fæmellæ crinibus carent, nec mediam masculorum proceritatem excedunt: Occidi non poterant nisi sclopeto, pectore aut cerebro trajecto: licet enim centum ictibus ita contunderentur, ut per nares atque os sanguis efflueret, fugiebant tamen.

IANUARIUS.

Noño Ianuarij anno 1616 ultimam aquam ad navem adduximus.

Decimo vela facientes in itinere perreximus: verum circa meridiem adversus è mari ventus ad Leonum insulam nos repulit.

Cepimus eo die ingentem piscium aviumque copiam.

Duodecimo lembus noster ad Piguines insulas profectus, ut Piguines caperet, tempestate præpedita redire eo die nequivit: postquam igitur in Apuarum portu pernoctasset, postero die prima luce reversa tantam Piguinum attulit multitudinem, ut ipsa numerositate corruptas in mare præcipitarentus.

Decimo tertio post meridiem è *Porto Desire* progressi, jacere rursus extra portum ancho-

ras malacia adacti sumus: Paulo post rursim ad spirante aura in altum processimus.

Decimo Octavo mane Zebaldi insulas intuiti sumus tribus leucis à nobis disitas ad Euro-
notum.

Iacent hæ insulæ, ut scribit Zebaldus de VVeert, ad Cæciam, & Africum quinquaginta cir-
citer à freto Magellanico milliaribus. Quinquaginta & unius gradus altitudinem meridie
attigimus.

Vigesimo, forti æstu progressi sumus, qui ad Zephyronotum ruebat: meridie quinquaginta
trium graduum altitudine eramus, viginti plus minus leucis conjectura nostra à terra distan-
tes, ad freti Magellanici latus Australe.

Vigesimo primo, meridie quinquaginta tres gradus habebamus.

Vigesimo tertio, primo diluculo Auster afflavit, sed circa meridiem orta malacia; versus
deinde ad Occidentem ventus. Meridie ad quinquaginta cubitos vadum invenimus, nigrum
atque arenosum, plenumque lapillis. Tum à Septemtrione ventus afflavit tempestate per-
commoda; pallebat aqua, haud aliter ac si in flumine fuissetus.

Circa tertiam post meridiem horam conspectui nostro terra se obtulit in Occidente, &
Zephyronoto, & non ita multo post versus Austrum.

Circa solis Occasum Septemtrionali vento ad Vulturum cucurrimus.

Vigesimo quarto, prima luce terram adspeximus magnum milliare distantem; ad quadra-
ginta cubitos vadum habebamus, adspirante Zephyro.

Ad Hypeurum terra protendebatur celsissimis montibus, nive contactis in cælum
ascendens.

Legimus perpetuo terram, usque ad meridiem, qua ad finē ejus pertigimus tum ad Orien-
tem

tem aliam vidimus terram præaltam atque acuminosam.

Distabant invicem hæ terræ octo leucas conjectura nostra: videbatur autem per commodus esse inter utramque transitus.

Meridie quadraginta quatuor graduum & quadraginta sex minutorum altitudinem habebamus.

Post meridiem adspirante Septentrione ad transitum illum cucurrimus: verum ingruente nocte orta malacia, totam noctem valido æstu, nulloque fere vento processimus.

Vidimus hoc loco infinitam propemodum Piguinum multitudinem, multaque balænarum millia, in quas ne impingeremus summo studio erat cavendum.

Vigesimo quinto mane proxime Orientale littus eramus: erat autem elatum atque inæquale, tendens à Septentrionali latere ad Vulturum, quantum ad spectus noster valebat intueri: Ordinum terram appellavimus: eam vero quæ ad Orientem Mauritij de Nassauv nomine vocavimus.

Arbitrabamur fore, ut ab utroque latere vadosi portus invenirentur, id enim commodissima littora, scandensque paulatim arenosum vadum promittere videbantur.



Piscium, Piguinum, aliarumque avium ac recentis aquæ ingens ibi copia: sed nulla omnino arbor conspiciebatur.


In angustijs navigantibus Aquilo afflavit, directo ad Lybonotum cursu nostro, qui celerissimus erat.

Meridie quinquaginta quinque graduum, & triginta sex minutorum altitudinem attigimus, direximusque cursum nostrum ad Zephyronotum validiore vento, celerique progressu.

Videbamus terram ab Australi angustiarum latere protendi ab Occidentali termino terræ Mauritij

US
C
T
M
L
R
O
I
K
J
S
Z
J





Mauritij à Nassauv, ad Africum & Zephyronotum, quantum oculorum nostrorum acies assequi poterat. Elevata erat atque inæqualis terra,

Vespere versò ad Zephytonotum vento ad Austrum ea nocte cucurrimus.

Cærulea erat aqua; unde collectum vastam profundamque aquam haud longe distare, quam Australe mare esse certo ducentes, ingenti gaudio sumus elati, quod ignotum hæctenus mortalibus iter à nobis esset inventum.

Conspeximus hoc loco ingentes laros seu gaveas marinas, cygnos mole suâ exsuperantes.

Insuetæ videre homines hæ volucres sedebant in manibus nostris, tractari atque interfici sese permittentes.

Vigesimo sexto, meridie, quinquaginta septem graduum altitudine eramus, assurgente à Zephyro & Zephyronoto tempestate, quæ aliquantum tenuit, decumanis fluctibus, undaque cærulea.

Vigesimo septimo, circa meridiem quinquaginta sex gradus, ac quinquaginta & unum minuta habebamus, Frigida erat tempestat, cum grandine ac imbribus: adspirabat Zephyrus atque Africus, currentibus nobis primo ad Austrum deinde ad Septemtrionem.

Vigesimo octavo, rursus cuncta vela tetendimus, tempestat ab Occidente ingruebat, flante primum Zephyro, deinde Borrhapeliote, directo cursu nostro primum ad Austrum, deinde ad Zephyrum & Hypafricum.

Habebamus meridie elevationem quinquaginta sex graduum, & quadraginta octo minutorum.

Vigesimo nono, mane Enronoto adspirante ad Zephyronotum tendimus.

Sumto jentaculo vidimus duas insulas sitas à nobis ad Africum, ad quos circa meridiem

S

appro-

appropinquavimus: cum autem superare non daretur ad Septemtrionem cucurrimus.

Vocavimus eas insulas N. D. Ioannis à Barnevelt nomine.

Tendebamus continuo ad Caurum, rursusque circa Vesperam alia terra apparuit ad Borrholybicum & Circium: erat autem ad Australe freti Magellanici latus, protensa ulterius ad Austrum, excelsis montibus niue tectis elata, terminataque acuto angulo, quem Hoornense promontorium appellavimus, sito quinquaginta septem graduum, & quadraginta octo minorum altitudine.

Percommoda tempestas erat adspirante sub vesperam à Septemtrione vento tendebamus ad Occidentem validum æstum experti.

Trigesimo, tempestas ab Occidente inebuit cærulea aqua, fortique æstu.

Meridie, quinquaginta septem graduum & quinquaginta quatuor minorum erat elevatio Trigesimo primo, Mane afflante Aquilone tendebamus ad Zephyrum, eramusque meridie quinquaginta octo graduum elevatione.

Post meridiem ad Occidentem, indeque ad Africum flexus ventus.

Hornense promontorium eramus prætervecti, nec nisi cælum & unda observabatur oculis: incumbere ab Occidente tempestas, fluctusqueolvebantur cæruleis undis: quapropter omnidubitatione sublata certo cognovimus jacere ante nos vastum Australe mare quod vulgo delzuyr appellant, neque ullas in proximo terras reperiri.

Magnam hoc loco ventorum tempestatumque varietatem experti sumus, cum crebris validisque imbribus, ac grandine: ita ut obliquando persæpe hinc inde curreremus.

FEBRUARIUS.

Kalendis Februarij frigido cælo, validiusque incumbente Zephyronoto tempestas exorta,
ita

ita ut adductis aliquot velis ad Borrholybicū modo, modo ad Iapigē obliquato cursu flecteremus.

A Kalendis autem Ianuarijs usque ad Martias perpetuo Septemtrionem versus currentes vela direximus: quo tempore, mirum quantum ab asperrimo frigore ac tempestatibus continuis molestiarum pertulimus.

MARTIVS.

.Kalendis Martij, ubi primum summa montium cacumina lumine suo asperfit aurora, Ioannis Ferdinandi insulas recte ante nos ad Aquilonem intuiti sumus, adspirabat Auster tempestate pulcherima.

Meridie eas attigimus, triginta triū graduum & quadraginta octo minutorū habétes elevationē.

Binæ numero hæ sunt insulæ elevata utraque. Minime est ad Occidentalem sterilibus montibus saxisque referta: Major autem quæ amplius ad Ortum verget, montibus quidem altissimis plena est, sed pulcherrima arborum varietate distinctis, fertilitateque eximia præcellentibus.

Abundat innumera pecorum armentorumque multitudo, porci imprimis ac capræ.

Neque vero minor ad littus optimorum piscium copia, quo subinde piscatum adventantes Hispani, impletis exiguo tempore navibus, ad Peruanam ditionem avehunt prædam.

Cucurrimus ad Occidentale insulæ latus errore ducti, Orientale enim latus fuerat eligendum, ad stationem intrandam, quæ ad Occidentalem Majoris insulæ sita est angulum: ut enim sub littus venimus ad latus Occidentale, quia in ingentem celsitudinem prærupto ascensu terra attollitur, ventorumque impedit flatum, obstante malacia diu multumque ne quidquam conati ad jaciendas anchoras ad terram appellere, misimus lembum, qui vadum juxta littus exploraret. Is rediens circa vesperam ad quadraginta & quinque cubitos arenosum vadum repererat, ad jaciendas anchoras percommodum, juxta amænissimam vallem, suavique viriditate floribus distinctam, consitam

S ij

proceris

proceris frondosisque arboribus, quæ animos hominum oculosque capiebant;

Propter temporis angustias non exscenderant in terram: viderant tamen decurrentes montibus ingenti copia dulcis aquæ rivulos, capras præterea, aliaque animalia, quæ propter distantiam oculorum acies distinguere non valebat: exiguo spatio optimorum piscium copiam; vix demisso hamo piscis erat affixus, In credibili sane gaudio universos complevit hic nuncius, eos imprimis qui hernia laborabant, eo quod recreationem hoc loco, præstinæque recuperationem sanitatis sperabant.

Strato noctu, tranquilloque mari æstus nos abstulit.

Secundo, mane proxime terram eramus: nunquam tamen (quanquam nulli operæ parceremus) ita licuit accedere, ut anchoræ jaci possent.

Misimus rursus aliquos ad terram, alios ad piscandum, alios ad ferarum venationem. Videbant quidem innumeram porcorum, caprarum aliorumque similibus multitudinem, sed vacui tamen redierunt.

Interim dum aquatum nonnulli processissent, ceperant hamo ij, qui in lembo remanserant, tantam piscium copiam, ut duo vasa replerentur. Coacti sumus itaque excellentissimam hanc insulam, absque ulla ulteriore fruitione deserere.

Tertio, mane quatuor circiter leucis ab insulis hisce repulsi eramus, frustrato omni ad eas attingendas conatu. Tandem tædio laboris affecti cum nequidquam nos conari cerneremus Senatus sententiâ relinquendas esse insulas statutum est, & in cursu nostro pergendum, cum præsertim secundus quotidie ventus afflaret.

Ingens in ægrorum animis mœror excitatus quibus, omnis plane vitæ spes auferti videbatur: Verum aliter providere numini divino placuit.

Iacent

Iacent hæ insulæ triginta trium graduum & quadraginta minutorum elevatione poli.

Hoc apud consilium concluso ad Hypocorum fleximus vela, adspirante Austro, suavissimo, secundoque cursu.

Vndecimo, jam secundo tropicū capricornu transijmus, adspirante Euronoto nobisque ad Circium tendentibus.

A duodecimo Martij, usque ad nonum Aprilis feliciter processimus.

APRILIS.

Nono Aprilis, Ioannes Cornelij Schouten, qui Lari fuerat Nauarchus VWilhelmi Cornelij Schouten Nauarchi nostri frater post mensis unius ægritudinem, ex hac vita discessit.

Decimo, Matituno tempore, oratione peracta præcipitatum in mare cadaver.

Sumpto jentaculo terram ad Borrholybicum & Hypocirciū adspeximus, tribus circiter milliari-
bus distantem; exigua erat humilisque insula.

Conspeximus hoc loco magnam larorum, pisciumque copiam, currentesque ad insulam recreationi nostræ inventuros aliquid sperabamus: verum vasta fluctuum ad terram allisione præpediti lembi appellere non poterant. Sociorum tamen nonnulli adnarunt ad litus, nullaque re, quæ ægrotorum recreationi servire posset inventa, rediere.

Usque ad decimum quartum hoc modo processimus, quo apparens insula quædam ingenti gaudio universos affecit, cursum ad ipsam fleximus.

Circa vesperam distantibus medio circiter à terra milliari liburnica cum quatuor Indis occurrit: nudo erant corpore: colore rubicundo, longis promissisque capillis.

Accedere navem nostram non ausi nos inclamârunt, signis ac gestibus indicantes ut appelleremus ad terram: nullum omnino habere poterant linguæ commercium; quanquã Hispanica, Ma-

leienti, Iavanica, Belgicaque lingua loqueremur.

Vespere, cum solis occasu terram attigimus, admirantes nec repiriri vadum, nec mutationem aquæ, quanquam ad teli jactum vix distaremus littore.

Obvertimus itaque rursus in altum; liburnica autem Indorum ad terram accessit, ubi eos ingens popularium multitudo expectabat.

Non ita multo post alia rursus insequuta nos à littore liburnica, quæ accedere quoque non ausa: acclamabamus invicem, sed nihil utrimque poterat intelligi.

Spectantibus nobis eversa Liburnica eorum mira dexteritate ab ijs erecta est.

Desertâ insulâ ad Austrum, & Libonotum fleximus vela.

Protensa est in longitudinem exigua latitudine insula, arboribus referta, sitaque quindecim graduum, totidemque minutorum altitudine.

Noctu diversis locis ignem in terra conspeximus.

Mane proxime terram accessimus littus legentes, vidimusque innumeram nudorum hominum in littore multitudinem, clamoribus suis nos ad terram invitantium.

Denuo Liburnica Indorum nos insequuta, cum navim vereretur accedere ad lembum nostrum appulit. Ostensa eis à nostris benevolentix atque amoris indicia, præbitaque coralium ac cultri.

Genus hominum est addictum furto, nudi incedunt, velatis tantum pudendis, signata varijs figuris cutis ipsorum, ut anguibus, draconibus, alijsque similibus: cæruleæ erant formæ, ut tormentario pulvere viderentur inustæ: vinum sedentibus in Liburnica porreximus, quo exhausto restituere scyphum recusarunt.

Misimus ad terram Liburnicam nostram, cum sclopetarijs octo, & sex qui ense modo armati

mati erant, unus è Mercatoribus nostris Nicolaus Ioannis, & Andreas Nicolai, Lari Mercator comitati, ad insulam visitandam, paciscendumque cum incolis: verum ut primum attigere terram triginta circiter Indi è silva erumpentes, armati ingentibus clavis eripere nostris arma tentarunt, lembumque in terram pertrahere acceptis nostrorum duobus properabant in silvam; verum sclopetarij in eos exonerantes interfecere nonnullos, ut conijcimus: ingentibus baculis, quibus affixi in summitate rami videbantur, pugnabant, confectos è piscium spinis gladios arbitramur: fundis quoque jaculabantur, illæsis tamen Dei gratiæ nostris. Vidimus appendentes collo virorum mulieres, miserabili ulutatu, eos à pugna, ut arbitramur, revocantes.

Hanc insulam absque vado appellavimus, propterea quod ad figendas anchoras vadum reperiri non poterat.

Adverso nihil in hac insula à nobis effici posse in altum fleximus versus Occidentem, flante Euro.

Decimo octavo, ubi primum illuxerat, alia insula ad Septemtrionem apparuit, ad quam cum accessissemus, absque vado ut priorem, reperimus: demersa erat aquis interior terra, ad littus tamen arboribus consitum erat littus,

Emissus lembus noster, primo nec hominibus, nec re ulla alia inventa redijt: deinde profectus iterum reperisse haud procul à littore dulcem aquam asseruit: sed cum non nisi summo discrimine adferri posset, acceptis quatuor vasis, quievimus, herbam quoque invenimus, qualem in Canum insula videramus, plenus ea saccus cum cancris aliquot gratique saporis limacibus ad navem adductus.

Vespere, in nostro ad Occidentem cursu perreximus Euro adspirante, nebuloso, pluvioque celo.

Habeba-

Habebamus ea die quatuordecem graduum, & quadraginta sex minutorum altitudinem Distat quindecim leucis à priore hæc insula, quam Aquosam vocavimus, quod recens in ea aqua esset inventa.

Præbiti eo die focijs sex aquæ modioli, cocta que, quam diximus, herba hernia laborantes mirè recreavit.

Aliam præterea reperimus insulam, silvestribus consitam arboribus, salsaque interius aqua plenam.

Redeuntes à littore nostri infinita pæne muscarum copia tecti erant: ita ut agnosci non possent, facie manibusque refertis; ipsi lembi remique, qua undis eminebant, nigri muscis videbantur. Accessere cum ipsis ad navem muscæ, itaque replevere universos, uti propulsari non possent. Tres quatuorve dies tenuit hæc muscarum persecutio, non absque gravi molestia nostrorum: sed accedente tandem frigore hac plaga liberati sumus. Muscarum hanc insulam appellavimus, eaque relicta, ad Occidentem vela direximus.

APRILIS.

Nono Aprilis meridie navem procul intuiti, accedentesque, ut vela contraherent tormentorū explosione iussimus: quod cum recusarent qui inerant, neque navi nostra assequuturi videremur lembum cum decem sclopetarijs, ut sequeretur emisimus, quo ad eam accedente terrore perculsi aliqui in mare desiluerunt. Erat inter alios cum parva prole unus, alterque tribus in dorso sclopeti globis vulneratus, quos ex undis eduximus.

Erant in hac navicula mulieres octo cum infantibus tribus etiamnum lactantibus, alijsque novem aut decem annorum ætate, ita ut viginti quinque universi pariter essent. Nudi erant viri ac feminae, tectis tantum pudendis.

Circa

Circa solis occasum in navem suam viros immisimus, qui à mulieribus, osculis, & amplexu summa gratulatione excepti sunt.

Præbita ijs à nostris coralla, quæ è collo suspendebant, cultrique nonnulli, acceptis vicissim donis ipsorum, magna utrimque benevolentix significatione.

Salsam è mari aquam potabant, præbebantque liberis, quod mirum nobis, pugnantque cum natura videbatur.

• Rubicundi coloris erant, oleo corpora inungentes: brevior capillo erant mulieres, quemadmodum nostrates viri, longior mares, coloris nigerrimi.

Mira erat navis ipsorum forma, ut in adjuncta tabula videre licet, è storea erant vela ac nautica, alijsque similibus navigationum instrumentis carent: rudentes ipsorum confecti erant ex ea materia è qua ficuum corbes in Hispania.

Discedentes à nobis versus Euronotum fecere vela.

Vigesimo, flabat Libonotus & Hypophænix, tendente ad Zephyrú & Zephyronotum cursu matutino tempore post jentaculum ad Hypolibonotum alta ac cærulea terra apparuit, octo circiter miliaribus distans à nobis, ad quam tota die curcurremus vento mediocri, sed cum accedere non possemus totam noctem modo propinquando, modo recedendo consumimus.

Vigesimo primo, mane ut primum sol erat exortus ad insulam appulimus, quæ unius ex Molucis similitudine in altum montem exurgit, confita arboribus, quæ Cocos (nucis sic appellatas) producant; quapropter Cocorum insulam vocavimus.

Vix anchoras fixeramus, cum naviculæ aliquot ad nos accessere, quarum duæ cum alba pacis vexilla protenderent idem à nobis præstitum, mutuoque commercio clavos & Coralla quibus ad modum delectantur, cum Cocis permutavimus. Tandem ea circa navem nostram frequentia volitabant, ut vix movendi nobis locus esset.

T

Ad

: Ad aliam insulam lembum nostrum dimisimus, ut commodiorem stationem inquireret: sed ea vix à navi discesserat, cum subito à duodecem circiter alterius insulæ Liburnicis circumseptâ, oppugnataque est; præultis sudibus erant armati, jamque ad lembum nostrum applicarunt, cum nostri ad propulsandam vim eorum adacti, tribus scloporum ictibus eos petiere: ridebant initio, donec tertio ictu uni ipsorum pectus ænea glande trajectum esset: quo viso reliqui à lembo nostro abstinere.

Vigesimo secundo, rursus ingens navicularum copia advenit; ferebant Coços, Bananas, radices, quas Vbas vocant, porcellos, dulcemque aquam, pro se quisque primi navem nostram accedere certabant: Desiliebant in mare, nandoque sub alijs liburnicis ad nos perveniebant, distractisque mercibus redibant ad suos. Robur ac magnitudinem navis nostræ imprimis demirabantur.

Alia Liburnica ab altera insula advenit, missum à Rege dono nigrum aprum adferens, oblata vicissim dona quædam ei qui tulerat; sed recusavit, eo quod à Rege interdictum sibi assereret.

Post meridiem ipse Rex magna navi vectus advenit, triginta quinque Liburnicis comitantibus. A subditis suis Latou appellatur. Tympanorum tubarumque sonitu eum excepimus, unde tanquam de re non audita nec visa hactenus mirabantur.

Ingentem externa specie amoris ac benevolentix significationem præferebant, inclinatione capitis, multisque preregrinis cæremonijs.

Paulum discesserat à nobis Rex cum subito altum inconditumque clamorem extulit, omnibus reliquis acclamantibus. Haud ita multo post per tres famulos suos dono ad nos misit tegetem Rex, nosque vicissim veterem securim, coralli aliquantum, veteresque clavos nonnullos, cum lini aliquot ulnis remisimus, quæ ipse perlubens ac gratanter accepit, ter ea capiti imponens

ponens ad gratitudinem reverentiamque demonstrandam.

Qui intrabant navem nostram ex ipsis in genua procidentes pedibus nostris oscula figebāt, navemque cum ingenti admiratione intuebantur.

Inter alios dignosci non poterat Rex: nudus enim, perinde ut alij, incedebat, eminebat modo in suos imperio atque auctoritate.

Petebamus ut hic *Latou* in navem nostram transcenderet; sed recusavit misso filio, quem lautè excepimus.

Vigesimo tertio, Mane quadraginta quinque Liburnicę, cū viginti tribus alijs Liburnicis ad navē nostrā applicarunt, quid haberent in animo ignotū nobis erat, ut amici nobiscū contrahebāt; sed longè secus postea deprehendimus. Monebāt signis ut ad alterā insulā accederemus.

Qui pridie nobiscum fuerat Rex rursus accessit, unde ingens clamor eorum exortus.

Verebatur ne quid insidiarum ac fraudis lateret, quia invitatus ad navem nostram abnuit, omnesque Liburnicę nos arctè circumdabant.

E Navicula sua in Liburnicam transcendit Rex, & in alteram filius. Pulsavere confestim tympanum, quod in Regia navi remanserat, exortoque horribili clamore ac ululatu, jam jã in nos impetum facturi videbantur.

Regia navicula impetu in nos directo ita impegit ut disrupta Liburnicarum conjunctione, quibus compacta erat, dissiliret. Profluere in mare universi, inter eos & fæminę quædam, adverso vento, æstuque natabant.

Iaciebant alij lapidum imbrem, ut terrore nos afficerent: verum missæ aliquot tormentis sclopetisque æneę glandes, calvique, aliaque similia, plurimis eorum vulneratis ac interfectis propius accedendi animum reliquis ademere.

Perreximus in itinere nostro tendentes ad Zephyrum & Hypafricum.

Arbitrabamur omnino uniuersis collectis viribus suis Regē nos eo tempore inuasisse: mille & amplius homines erant.

Proditorum hanc insulam appellauimus, eo quod aduen erant ex ea qui nos in fraudem conabantur inducere.

Vigesimo quarto, mane aliam rursus insulam septem ante nos circiter milliariibus sitam adspeximus.

Destinatus ad indagandum vadum lembus, eo non repperito redijt.

Advertentes incolæ nostrorum adventum cum quatuordecim liburnicis ad lembum applicarunt, nonnullique ipsorum desilientes in mare evertere eum tentabant quo aduerso nostri expedire sclopeta (sex enim sclopetarij erant, reliqui ensibus hastisque pugnabant) & exonerare in hostes.

Bini trajecti, quorum unus sponte prolapsus in mare, alter paulisper sedens absterfo manu sanguine tandem etiam procidit.

Perculsi terrore reliqui capessere confestim fugam.

Repletum erat mortalibus littus, horribili ululatu vociferantibus: quia vero vadi copia non erat recepto lembo nostro ad Africum directo cursu contendimus.

Vigesimo Octavo, flante Zephyro: cursus noster ad Septemtrionem erat.

Post meridiem duæ insulæ octo à nobis sitæ leucis ad Hypocœciam apparuere: distare videbantur invicem tormenti jactu: direximus itaque iter ad Aquilonem, ad terram superandem suavi tempastate; sed exiguo vento.

Vigesimo nono, flante Borea laboratum à nobis obliquo cursu ut applicarem ad terram.

Trigesimo, Eurus anspiravit, distantesque nos uno circiter à terra milliari viginti liburnicæ accessere.

cessere. Invitabamus eos benevolentiae amorisque signis, verum silvestrium unus praestita fide armatus uni ex socijs nostris minabatur secuta omnium vociferatione, haud secus ac in alijs insulis acciderat. Exoneravimus confestim tormentum, ac sclopos, duobusque vulneratis reliqui diffugere.

Sumptis rursus animis rediere ad navim nostrae liburnicae aliquot: accedentibus autem nobis propius littus, emissoque lembo ad percunctandum vadum sex aut septem liburnicae transilire in lembum & auferre nostris arma conati sunt: obstitere nostri displosis flopetis; ita ut sex ipsorum interfectis, plurimisque vulneratis liburnicam ad navem nostram adducerent: inventa in ea clava brevioris hastae longitudine.

Redijt vespere lembus vado non reperto: quare totam noctem accessu recessuque ad terram consumpsimus.

MAIUS.

Primo Maji, laboratum imprimis, ut applicarem ad terram, destinatusque ad explorandum vadum lembus redijt ad quinquaginta cubitos invento, intra tormenti iactum à terrâ. Direximus eo cursum, recta ad recentem dulcis aquae fluvium qui à summo montis cacumine decurrebat.

Plurimis rursus liburnicis incolae adventarunt commeatum portatum.

Stabant in littore caesae ipsorum arborum folijs constructae, rotunda interius atque in acumen desinentes, ut aqua posset decurrere, viginti quinque circiter pedum circuitu. decem duodecemeve altitudine: ostij loco exiguum est foramen per quod vix posses irrepere.

Nihil praeter pauxillum exsiccatae herbae ut fœni ad cubandum cum hamo uno aut altero cernebatur in casis: in aliquibus lignea clava visebatur. haec ipsorum supellex, tam Regis ac procerum, quam reliquorum.

Secundus commercijs ultro citroque consumtus.

Accurrerat ex omnibus insulæ locis ingens hominum multitudo, qui navem nostram summa cum admiratione spectabant.

Tertio, Andreas Nicolai, & Reynerus Simonis Snoeck Afsistens, cum Cornelio Schouts obsides in terram exscenderunt, ad sancendum cum incolis foedus, amicitiamque contrahendam; venerè vicissim ad nos sex è primoribus ipsorum quos summa humanitate præbitis lautè epulis, atque munusculis nonnullis excepimus: quemadmodum & nostris ab ijs præstitum, exhibitis cocis, ubisque & aqua potu.

Ingenti plane honore ac reverètia à Rege obsides nostri tractati, datique dono porcelli quatuor: adportata eo die ad navem dulcis aqua copia, summa cum amicitia, benvolentiaque Regis, qui ipsemet accedentes ad lembum nostrum Silvestres repellebat, magna, qua inter suos pollet, auctoritate, quod vel ex eo satis apparuit, cum amisso ense uni ex Regijs aulicis conquesti, vix ulla mora interposita recepimus; quanquam jam pœne fur evasisset. Positus ante pedes nostros gladius, fustibusque cœsus fur: admota collo manu ostendebant luiturum capite supplicium fuisse, si Regi perpetratum facinus innotuisset.

Ex eo tempore nihil quidquam furto amissum, imo ne piscem quidem, quem nostri ceperant attingendi cuiquam ipsorum animus erat.

Sclopetorum dislosionem vehementi horrore trepidabant, omnesque pariter vertebantur in fugam; idque multo amplius cum intellexere grandiora quoque tormenta displodi, quod cum Rex in sui gratiam fieri postulasset tantus universos terror invasit, ut omnes pariter, uterque etiam Rex, quanquam præmoniti essent desertis obsidibus nostris celeri fuga in silvas ac latebras se propperent: aliquanto autem post redeuntes vix collegere sese.

Quarto,

Quarto, Andreas Nicolai, Nicolaus Ioannis cum Daniele le Maire ad coemendos porcos in terram exscendere; sed frustra; recusantibus nimirum incolis.

Quinto, Iacobus le Maire, & Andreas Nicolai Mercatores applicarunt ad littus: verum ab incolis comparandi porcos copia non erat; propterea quod ijs ipsi indigeant, utpote quibus præter Vbas radices, Coeos, Bananas, porcosque nonnullos, nihil quidquam suppetat ad vescendum.

Summa gratulatione excepti nostri, stratumque tegetibus solum quo incedebant, cum Rege Vice-Rex quoque coronas suas nostris oblatas capiti eorum imposuerunt. Reddita vicissim à Iacobo le Maire exigui pretij dona, gratanterque ab ijs accepta sunt.

Confectæ erant dictæ coronæ è longis, albisque plumis, quas parvulæ aliæ rubei, viridisque coloris distinguebant.

Summo in pretio columbas habent, Regijs enim Consiliarijs sua cuique bacillo insidens aderat.

Sexto, aquatum processimus: Nauarchus ipse VWilhelmus Cornelij Schouten, Andreas Nicolai, cum tubicinibus in terram exscenderunt, summoque labore duos tandem porcos impetrarunt. Mire delectabatur tubarum sonitu Rex.

Alterius insulæ Rex eodem ipso die ad hunc visendum accessit: post mutuam gratulationem peregrinis inrisque ceremonijs ac gestibus radices aliquot invicem donarunt; ostensa sub finem magna doloris significatione, eo quod, ut arbitramur, in paratas nobis à Regulo infidias hic Rex consentire nollit.

Vice-Rex seu Regis filius ad navem nostram accessit, lautèque exceptus, haud exiguam præferens navis nostræ, aliarumque admirationem.

Circa vesperam cum Silvestribus nostri tripudiarunt summo ipsorum gaudio, de nostra secum familiaritate lætantium.

Octavo,

Octavo, Mane Iacobus le Maire, Andreas Nicolai, & Nicolaus Ioannis Ban cum Nauta uno ad terram applicarunt, ut conscenso monte terræ situm commoditatesque lustrarent. Ascendentibus, Rex cum fratre se Comitem adjunxit. Nihil præter vastas solitudines, montesque ac valles intuebantur, rubeum præterea colorem, quo sese mulieres in facie inungunt.

Advertens Rex tædio itineris affici nostros rursus ad naves vertit iter, quieverunt sub arboribus quæ cocos gestabant: ibi mira dexteritate Rex alligata ad pedes suos fasciola rectam excelsamque arborem conscendens decem nuces attulit, easque ligno aliquo dextrè admodum magna nostrorum admiratione aperuit.

Ostendebant nobis bellum sibi esse cum alterius insulæ incolis, monstrabantque subter alias specus in montibus locum, unde invicem ex insidijs aggrediebantur.

Optassent ad oppugnandos hostes suos nos accedere: sed cum nihil inde venturum ad nos emolumentum videretur, recusavimus.

Circa Meridiem adductis ad navem nostram cum fratre Rex, cum inter prandendum intellexeret post alteram diem vela nos facturos, exultans gaudio relicta mensa clamoribus ac saltu animi voluptatem ostendit.

Quamquam summa eos humanitate tractarem, haud mediocri tamen terrore tenebantur, verebantur enim terra suam à nobis expelli.

Promittebat si discederemus decem porcos, Cocorumque copiam, quos Ali vocant.

Absoluto prandio, remotisque epulis senior Rex accessit, Vir inter eos gravis, sexaginta circiter annorum ætate, adductis sedecim nobiles ac consiliarijs. Honestè admodum à nobis exceptus est.

Vt primum navem conscenderat procidens in genua ac procumbens in faciem preces suas effudit;

dit; ductus ad inferiora navis iterum procumbens adoravit. Cuncta nostra mirabatur, quemadmodum & nos mores ipsius. Comites ipsius pedes nostros exosculabantur, accēptosque eos manibus suis capiti imponebant, ad demissionem, subjectionemque commonstrandam.

Vix intuendo fatiari posse videbatur Rex cuncta accuratè cum admiratione lustrabat, tormenta imprimis, quorum in honorem sui tonitrua nuper audierat.

Tandem summa cum demissione ac reverentia relicta navi Rex ad terram redijt, primarijs nostrorum comitantibus, qui deinde cum Regis filio ambulatum progressi, sub vesperam ad navem rediere.

Vespere fulgente luna piscatum egressus Andreas Nicolai captis nonnullis ad Regem se contulere, ante quem tripudiantes nudas puellas invenerunt: modulabatur una ligno, ad antiæ similitudinem, ad cuius sonitum gratiosè saltabant, observatis accurate mensuris, unde admirati nostri hæc apud silvestres adeo reperiri; Secunda tertiavè vigilia cum piscibus ad navem rediere.

Decimo, matutino tempore missi nobis à Rege duo nefrendes.

Eodem ipso die alterius inlulæ Rex hunc Regem invisit adductis sede cem porcis, trecentisque circiter hominibus, qui circa umbilicum herba ex qua potum conficiunt præcincti erant.

Appropinquantès invicem Reges miris peregrinisq; gestibus ac cæremonijs mutuo excipiebant: tandem pariter confedere, nongentis circiter hominibus circumdati. Rursum ab oratione exorsunt, quam inclinato ad terram usque capite fundebant quæ universa mira nobis videbantur.

Post meridiem cum præcedente die Adrianus Nicolai exscendisset in terram, Iacobus le Maire & Nicolaus Ioannis Pan ab eo acciti quatuor tubicinibus, unoque tympanista assumpto ad Reges

V

accessere.

accessere. Coram eis tubas inflabant, pulsabantque tympanum summa Regum delectatione.

Non ita multo post agricolæ nonnulli ex Minore insula virides herbas, quas Cava appellant, adduxere, quales trecenti viri, de quibus supra, corporibus suis præcinctas habebant.

Incepere pariter universi impositas Ori masticare herbas, ac deinde in scapham coniectis cum copiam aliquam collegissent aquam superfudere, quam Regibus, Nobilitatique potandam præbuerunt.

Oblatus quoque nostris ab eis suavis hic potus, magni muneris loco; verum eos solus aspectus satiâverat.

Attulere præterea Vbas radices, igne tostas, cum porcis sedecim, qui eductis tantum intestinis illoti, impositisque aliquot fervidis lapidibus, ustulatisque pilis apprimè more ipsorum asi videbantur, adeoque avidius ijs quam nos delicatissimis epulis, vescabantur.

Magna apud hos Regum auctoritas, subditorumque erga eos reverentia; quæcunque ad Regem fercula (quem Herioco lingua sua appellabant) ferebantur, imposita prius capitibus qui portabant, prostratisque in terram corporibus ante Regis pedes deponebant.

Ex his sedecem porcis à singulis Regibus unum dono accepimus, ipsi eos capiti primo imponebant, flexisque genibus, cum summa reverentiæ significatione statuebant ad pedes nostrorum: addidere præterea undecem nefrendes quisque, cum majoribus aliquot. Præbiti vicissim à nobis tres ærei scyphi, cultri quatuor, duodecem veteres clavi, coralla aliquot &c.

Spectato hoc à nostris summo gaudio ac voluptate Convivio post Solis occasum ad navim universi rediere.

Duodecimo, mane utriusque insulæ Rex nobilitate Proceribusque comitantibus ad navem nostram

nostram accessit. Primarij ipsorum appensa collo Cocorum folia gestabant in pacis signum.

Excepimus eos summa benevolentia, honorisque exhibitione, quemadmodum & ab eis eramus excepti: per universam navem circumducti cuncta accurate spectarunt, obtuleruntque dono septem porcos, capitibus prius impositos, solito more ad terram usque inclinantes: reddimus unum cuique coralli fasciculum, cultros binos, clavos sex, quibus acceptis actisque humaniter utrimq; gratijs discessere, comitante ad terram usque Mercatore nostro Iacobo le Maire, cui ternos rursus porcos donarunt, quibus ad navem adductis magno incolarum gaudio ad iter nos paravimus, nunquam enim non timuerant fore ut interfectis incolis terram occuparem.

Robusti sunt insulae huius incolae, eam proceritate ut minimi ipsorum maximos nostros excedant, pulchra sunt memborum proportione, celeritate mirabili, nandi peritia insignes, colore inter spadiceum & flavum, ornandis imprimis capillis delectantur, nonnulli crispatum, alij calido vibratum ferro gestabant, nonnullis, quod visu erant mirabile, mediae fere ulnae longitudine, quemadmodum porcinae setae stabant erecti. Pendebat Regis cincinnus a sinistra capitis parte ad femora usque descendens, binisque colligatus nodis. Nobiles ejus atque Aulici binos similes unum ab utraque parte gestabant.

Nudi incedunt universi vix tectis pudendis.

Turpes ad spectu foeminae ipsorum, statura pusillae, crinibus abscisis, quemadmodum viris in Batavia mos est: turpiter ut coriacei sacci ubera pendebant, usque ad ventrem plerisque projectae sunt libidinis, adeoque fronte carent, ut palam, imo coram ipso rege Libidinem exercent, tegete modo contactae.

Nullum in his hominibus Dei alicujus cultum advertimus; vitam ducunt ferarum instar omni sollicitudine curisque vacuam.

Ignorabant emtionem ac venditionem, omneque commercium, offerentes subinde dona, ac vicissim accipientes.

Nec serunt neque metunt, omni plane labore abinentes, utunturque ijs, quæ sponte sua terra profundit, Cocis, Vbis, Bananis, alijsque id genus fructibus.

Quærunt subinde ad littus maris pisciculos mulieres, postquã undæ decreverunt, aut fallunt hamo, ijsq; ita crudis vescuntur; ita ut depicta ad vivum in illis fabulosa illa carminibus poëtarum ætas videatur.

Hæc in discessu insulas, Patriæ nostræ nomine Hornenses vocavimus, portumque Concordiam, quemadmodum navis nostra appellabatur.

Totum fere diem in egressu portus consumsimus: quia rupto paulatim asperitate vadi ru-dente, anchoram amisimus; alia præterea anchora, quam ad priorem attrahendam eiecimus rupto fune amissa.

Iacet hic portus ad Australem insulæ plagam ad sclopeti jaçtum à recenti flumine, unde dulcis aqua manabat.

Post meridiem vela fecimus, currentes ad Zephyronotum.

I V N I V S.

Decimo quarto Iuny, habebamus meridie tredecem graduum & quindecim minutorum poli altitudinem, flanteque Euro ad Septemtrionem tetendimus.

A decimo quarto, usque trigessimum, prospere cursu processimus.

I V L I V S.

Kal. Iulij tres insulæ apparuerunt, è quibus duæ confestim Liburnicæ accedentes signis indicabant Regem suum in alijs insulis, ad quas tendebamus, commorari.

Perfimi-

Perfimiles erant moribus, habituque corporis alijs gentibus, de quibus supra, eo tantum excepto, quod arcus sagittasque gestarent.

Quarto, ad Mesocircium fleximus iter, donec vigesimo quinto ad novam Guineam venimus, ubi insulam quandam Viridem appellavimus, aliamque S. Ioannis, propterea quod ejus festo à nobis erat inventa.

Circa meridiem ad Continentem accessimus, legentesque littus adspirante Vulturno ad figendas anchoras vadum non invenimus.

Emissus ad explorandú lembus, ut appropinquavit ad terrá à tribus Liburnicis oppugnatus est: nigri erant homines, ac nudi, ne velatis quidem virilibus, fundisque acerrime nostros petebant: Verum quamprimum sclopetorum audire tonitrua in fugam conversi sunt.

Redijt non invento vado lembus, asserens alio à prioribus has gentes uti idiomate.

Legebamus continuo littus altum ac viride, aspectuque amænissimum, culta aliquot locis terra videbatur.

Vesperi, superato angulo portum ingressi anchoras jecimus ad quadraginta quinq; cubitos, inæquali atque incommodo vado.

Eadem vespera duæ ad navem accessere Liburnicæ, sed linguam eorum nobis haud intelligentibus abiere.

Totam noctem excitatis per universum littus ignibus egerunt excubias.

Tormenti circiter jactu distabamus à terra, juxta decurrentem ex altioribus locis fluvium: sudum erat noctu cælum, luna stellisque fulgentibus, vidimusque Liburnicas aliquot ad navem nostram accedentes, quib; coralla aliquot jacentes, ostensa benevolentia rogavimus ut commercia nobiscum contraherent: verum ipsi totam noctem circa navem nostram remigando, vociferandoque suo more consumsere.

Distat hæc terra, secundum conjecturam nostram, à ditione Peruanana mille circiter octingentis & quadraginta milliaribus.

Vigesimo sexto, mane octo liburnicæ ad nos accessere, quarum una undecim vehebantur, alijs, quatuor, quinque, sex, aut septem viri. Navem nostram remigando lustrabant more suo apprimè armis instructi, lapidibus, clavis, lignis, ensibus ac fundis: significabamus ut commercia nobiscum mutua contraherent, verum aliud ipsi animo agitabant, subitoque in nos irrumpentes, jactis lapidibus, alijsque armis suis debellare nos contendebant: unde subito exoneratis in eos sclopetis ac tormentis, decem aut duodecem primo congressu interfecimus; desilientibus autem eis in mare ut ad terram adnarent, missus lembus, qui nonnullis interfectis quatuor liburnicas, ternosque captivos gravissime vulneratos ad navem adduxit.

Concisæ in frustra liburnicæ coquo servierunt; captivorumque vulneribus medicina adhibita, sed unus eorum interijt.

Meridie lembus noster cum duobus captivis juxta littus remigabat, inclamabantque suos captivi, ut porcos, Bananas & cocos adferrent: una accessit liburnica porcellum, bananarumque fasciculum adferens.

Decem porcorum litrum pro uno captivo exposcimus, altero ad terram gratis exposito, eo quod supervicturus non videretur.

Mirum in his hominibus peregrinumque erat, quod perforatis utrimque naribus binos ex eis annulos gestarent.

Alia hic quoque insula ad Septemtrionem apparuit.

Vigesimo septimo, processimus aquatum, porcumque unum eo die accepimus, vidimusque ruentes omnino peregrinas aves.

Trigesimo,

Trigesimo, mane plurimæ Aethiopum liburnicæ ad nos adventarunt pacis signum ostendentes: Verum nihil adferentes omnino cuncta exposcebant, humaniores prioribus videbantur, pudenda folijs contegebant, elegantiores habebant pictasque liburnicas, mirè barbis suis superbiunt, calce eas, quemadmodum & capillos, illinentes.

Stabat ingens cocorum multitudo in insulis, è quibus hæ liburnicæ advenerant nihil tamen adferebant, quanquam nos fame laborare signis ostenderemus, cumque usque ad vesperam nobiscum permansissent rediere ad suos.

Primo Iulij matituno tempore cum totam noctam solo æstu duo milliaria confecissemus, jacentes inter insulam quandam duorum millium protensam longitudine, continentemque Guineam viginti quinque plurimis instructæ hominibus liburnicæ aggressæ sunt fundis acerrime pugnantes: erant autem ij qui pridie signum pacis præferentes arma sua confrugerant. Iam se victores arbitrabantur, cum subito nostri exoneratis sclopis, vulneratis compluribus tredecem prima imprefione interfecerunt.

Fugientes emisso lembo insequuti nostri liburnicam cum tribus viris cepere, quorum unum mortuum præcipitarunt in mare: desilientes alij nando conabantur evadere: verum uno ipsorum ferrea glande trajecto tradidit sese alter, octodecem annorum adolescens, quem Moysen vulnerati nostri nomine appellavimus.

Mirum sane mortalium genus hoc erat, confecto ex radicibus arborum pane vescebantur. Mediocri spirante aura sub vesperam legendo littus ad Caurum & Borrholybicum iter tendimus.

Secundo, trium graduum & duodecem minutorum elevatione poli eramus.

Demissa, humilisque terra eo die apparuit, & alius mons: jacebat ante nos insula tendente ad Iapygem

Numerus 24. est Cocorum, Proditorumque Insula;

De qua supra scriptum est.

- | | |
|--|--|
| <p>A. <i>Insula Cocorum.</i>
 B. <i>Proditorum Insula, propterea quod ab eius incolis nobis insidia strucrentur.</i>
 C. <i>Velitationes cum silvestribus, in quibus aliquot cecidere.</i></p> | <p>D. <i>Silvestrium Liburnica: quas dextre regunt.</i>
 E. <i>Lembus noster, qui silvestres naue spoliavit.</i>
 G. <i>Navis nostra Concordia, ad quam commercij gratia ingens silvestrium copia adfluit.</i>
 H. <i>Defiliebāt hoc modo silvestres, re aliqua furto sublata,</i></p> |
|--|--|


Numerus 25. est Insula Hornensis.

- | | |
|--|---|
| <p>A. <i>Bini Reges, viscentes semutuo & magna cum gratulatione excipientes.</i>
 B. <i>Sub tentorio (Baleyam ipsi vocant) Reges consistunt.</i>
 C. <i>Tubicines, Tympanistaque nostri, coram Regibus canentes.</i>
 D. <i>Agricola ipsorum, herbam quandam unde potum conficiunt mastigantes.</i>
 E. <i>Domuum eius terra figura ac ratio.</i>
 F. <i>Regis coronati imago.</i></p> | <p>G. <i>Regis Aulici ac Consiliarij.</i>
 H. I. <i>Miri aliquorum capilli, inter quos, quibus ad duorum palmorum longitudinem, porcinarum setarum instar erecti sunt.</i>
 K. <i>Famina curto, ut nostrates viri, capillitio.</i>
 L. <i>Arbores qua Cocos, (nucis sic dictas) ferunt.</i>
 M. <i>Concordia portus in quo jecimus anchoras.</i>
 N. <i>Fluvius, ad quem aquatum processimus.</i>
 O. <i>Tentorium Regis, sub quo consistere a solet.</i></p> |
|--|---|

Iapygem cursu nostro adspirante Aquilone.

Tertio altam rursus terram adspeximus, sitam ad Occidentem quatuordecem. circiter ab altera insula

Cocos Infula.



1870


Horn. Inf.

L

E

G

F



THE GEOGRAPHICAL
MAGAZINE

insula leucis, altitudine duorum graduum & quadraginta minutorum.

Quarto, ad superandas eas quatuor insulas laborantes viginti tres alias diversæ magnitudinis sumus intuiti.

Conjunctæ invicem erant, quædam intra teli jactum, aliæ paulo remotius, altitudine duorum graduum, & triginta plus minutorum.

Speraveramus repertum iri stationem: verum ingruentes noctis tenebræ obstiterunt.

Vespere ad harum insularum aliquam velum conspeximus, sed intuitum ejus nox abstulit.

Postero die quanquam haud multum distaremus deferere adversus ventus adegit.

Quinto, ab Oriente brumali, Vulturūque spirabat, flectentibus nobis ad Mesolibonotum, & Notolybicum. Mistus tonitruis imber ingruit, existentibus nobis trium graduum, & quinquaginta sex minutorum altitudine.

Sexto; subinde tempestas, subinde tranquillitas erat.

Vidimus ante meridiem celsissimum ad Zephyronotum montem, ad quem iter intendimus.

Susplicabatur nauarchus noster nunquidnam Banda esset, similitudine montis Gømenaxi elusus: verum ubi paulo amplius propinquavimus, terni quaternive alij similes apparuere ad Septemtrionale primi latus sex septemve leucarum interjectu distantes unde confestim errorem suum cognovit.

Pone montem ad Eurum ac Zephyrum plana terra videbatur ad Eurum: quare novam Guineam esse cognovimus.

Septimo, mane fleximus rursū ad montem vidimusque insulam fumum flammæque vomentem; quapropter Vulcani nomine à nobis appellata.

Percommoda tempestate sudoque cœlo Eurōnotus adspirabat.

Frequens est incolis, consiraque cocis arboribus hæc insula.

Accedebant ad navem nostram liburnicis suis incolæ, acclamabantque procul terrore perculsi, à nemine nostrum, nec à nigro quidem Moyse idioma intelligebatur.

Nudi erant exceptis pudendis, promisso quidam, brevior nonnulli capillo.

Hic deficiente vado anchoras jacere non quivimus.

Apparebant ad Septemtrionem & Borrholybicum aliæ insulæ, cucurrimus autem ad Thresciozephyrum versus angulum, quem ante nos conspiciebamus; ad quem cum vespere pervenissemus, adductis velis æstui nos permisimus;

Varij hoc loco aquæ colores erant, ut viridis, albus, flavus &c. propterque dulcedinem recipi huc fluviorum cursum existimavimus.

Ferebantur unda arbores, folia atque rami; quibus aves subinde, cancrique infidebant.

Octavo, varius erat ventus, fleximusque vela ad Africum & Caurum sudo cælo, ventoque mediocri.

Iacebat ad latus alta insula, ad quam vespere pervenimus, reperimusque arenosum commodumque vadum ad cubitos septuaginta, intra teli jactum à littore.

Accessit cum liburnicis aliquot mirabile genus hominum brevior crispoque capillo, annulatis naribus juxta ac auribus, plumulas quasdam capite, brachijsque gestantes, appensis ad collum & pectus ornamento, porcorum dentibus.

Vniverfi pariter defectibus, morbisque laborabant: pætus erat unus, monstrosus alter crassisque tibijs, informibus crassitudine sua brachijs alij, unde perfacile conjicere est, insaluberrimo cælo has terras infestari; eo amplius, quia domus ipsorum malis subnixæ octo novemve pedes solo distabant.

Habebamus

Habebamus hic trium graduum & quadraginta minutorum elevationem poli.

Zingiber hic invenimus.

Nono, mane jacentibus nobis in anchoris discessit ad commodam stationem inquirendam lembus, rediensque egregium portum reperisse asseruit, ad quem profecti ad viginti sex cubitos arenoso optimoque vado anchoras jecimus.

Haud longe aberant pagi nonnulli, è quibus liburnicæ ad nos cum Cocis accesserunt, sed magno eos in pretio habebant, nec nisi caro venundare eas cupientes: lineum filum pro quatuor nucibus postulabant, cujus miro amore tenebantur. Habebant præterea porcos nonnullos, sed tanti eos æstimabant, ut quamquam enixè flagitantibus, significantibusque inopiam ac necessitatem nostram, tamen abnuerunt.

Statutum eo die ut Nautæ ac socij viritim quinque panis libras, & sesquimodiolum olei quot hebdomadis acciperent.

Consumptus erat omnino commeatus noster, itinerisque quod restabat longitudinem ignorabamus: nihil præterea erat certi num quam quotidie legebamus terram *Nova Guinea* esset; suspicabamur modo, propterea quod tabulæ nostræ cum terris ijs nihil simile haberent.

Sub vesperam vehemens imber cum tonitruis ac fulmine incumbens totam noctem tenuit, obscuro tenebrosoque cælo.

Decimo, viginti circiter liburnicæ, cum viris, mulieribus, ac liberis ad nos venere; nudi erant pudendis exceptis, sed nihil omnino ullius pretij adferebant.

Vndecimo mane, iterum vela fecimus ad Iapygem & Hypocorum, legentes littus, ita ut terra perpetuo in conspectu esset.

X ij

Meridie

Meridie angulum quendam transijimus.

Hæc terra *Nova Guinea* ad Hypocorum maximè sita est, flectens subinde ad Zephyrum, paulo ad Septentrionem.

Duodecimo, juxta littus, ad Iapygem perreximus, sudo celo, urenteque sole.

Habebamus meridie duorum graduum, & quinquaginta octo minutorum altitudinem poli.

Progressum nostrum æstus adjuvabat.

Decimo tertio, & decimo quarto, legimus continuo littus, elevatam subinde, aliquando humilem terram intuiti.

Decimo quinto idem erat cursus, commodaque tempestas.

Venimus post meridiem ad binas insulas, frequentes incolæ, cocisque refertas, media circiter leuca à se mutuo distantes.

Recta ad eas cursum intendimus, repertoque optimo vado anchoras fiximus.

Cum lembo cymbaque apprime instructis Nauarchus ad terram applicuit, ad cocos adferendos, quorum ingens in insula copia visebatur: quam primum accessere ad terram jacentes in insidijs in silva Aethiopes emissa sagitarum vi sedecem nostrorum gravissime vulnerârunt.

Perebant eos vicissim scloperis: lapideisque tormentis, sed tandem densa sagittarum nube recedere coacti sunt: unius gradus & quinquaginta sex minutorum elevationem hoc loco habebamus:

Decimo sexto, Mane cum navi nostra inter duas insulas ingressi jactis ad novem cubitos anchoris, quievimus, statione optima.

Post meridiem cum lembo cymbaque ad minorem insularum, ut Cocos adveherent nostri profecti,

profecti, duas tresve Aethiopum casas immisso igne incenderunt. quâ de causâ immané quidam ululatum ex alia insula edebant; sed accedendi deerat animus: majoribus enim tormentis per littus ad silvam jaculabamur perque arbores ac frondes, horribili fragore æneę glandes volitabant. exinde latentes in silvis Aethiopes ultra apparere ausi non sunt.

Sub vesperam accedens ad navem nostram incola quidam pacem exposcit, galerum adferens qui nostrorum cuidam in pugna deciderat.

Nudi incedunt hi homines, ne velatis quidem pudendis.

Decimo septimo matutino tempore cū duobus tribusve liburnicis Aethiopes accessere cocos in aqua jacentes, indicantesque signis ut eas acciperemus, venantes hac ratione amicitiam nostram. Invitabamus eos ut propius accederent.

Tandem nostris sumptis animis majoreque audacia ingentem nucum & Bannarum multitudinem attulerunt, pro quibus acceperunt vicissim veteres clavos ambefos rubigine atque corallia. Attulere præterea vitidis Zingiberis aliquantum, flavasque radices, quibus croci loco utimur. Venumdabant præterea arcus sagittasque suas; ita ut solidam tandem cum ijs amicitiam firmaremus.

Decimo octavo, in commercijs cum incolis fuimus occupati.

Haud mirantur adeo naves ac bellica tormenta his locis, tanquam sæpius visa.

Moa vocabatur hæc insula, quæ magis ad Orientem excurrerat: opposita altera *Insou* dicebatur, postrema quæ paulo erat elevatior, sex septemve leucis à nova Guinea distans, *Arimão* vocabatur.

Decimo nono ad Majorem insulam piscatum abijimus.

Nihil non benevolentiz nostris exhibebat Aethiopes, in attrahendis retibus erant auxilio,

X iij

cocorumque

cocorumque copiam præbebant.

Conspeximus advenientes ex Oriente ab alijs insulis varias liburnicas, inter quas nonnullæ grandiores erant: quapropter in navem piscatore acciti.

Ostendebāt Aethiopes ut tormenta in eas exploderemus, sed expectaturos nos donec priores invaderemur, significavimus.

Accedebant pacificè, multosque Cocos & Bannanas adferebant, ita ut quinquaginta pro se quisque, duosque Bannarum fasciculos acciperet.

Loco panis *Cassarvi* utuntur, sed nullam cum eo quod in Occidentali India reperitur habet similitudinem: rotunda ex eo liba efficiunt.

Vigésimo, mane postquam de comœatu aliquo modo effemus instructi, vela fecimus, ostendebant plura se allaturos, si expectaremus.

Vigésimo primo, legendo littus perreximus ad Caurima, habuimusque meridie unius gradus & tredecem minutorum altitudinem. Videbamus insulas aliquot ad quas nos æstus propellebat.

Circa meridiem ad eas accessimus, & ad tredecim cubitos jactis anchoris quievimus. Vehementem imbrem, tonitru fulmineque permistum vespere sensimus.

Vigésimo tertio, matutino tempore vela fecimus commodo cœlo, ventoque mediocri.

Vix abieramus à litore cum nos sex majores liburnicæ insequebant (nullos in terra homines deprehenderamus) siccatos pisces, cum Cocis Bananis, Tubaco, alijsque fructibus, ut prunis &c. adferentes.

Advenere præterea ab alia quadam insula Aethiopes nonnulli comœatum apportantes.

Habebant præterea Sinensia vasa, quæ porcellana appellantur, è quibus duas ab ijs patinas accepimus.

Arbitrabamur

Arbitrabamur visas hic alias Christianorum naves, quia non ut aliarum insularum incolæ admirationem præferabant.

Aliud erat hominum genus, colore flaviore, majorique proceritate, capillo promisso nonnulli, aliqui etiam brevior, sagittis atque arcubus utebantur, quorum aliquos ab ijs aliarum permutatione rerum accepimus. Miro corallorum ac ferri amore tenebantur: albos, cæruleos, viridessque ex vitro annulos auribus gestabant, quos ab Hispanis accepisse arbitramur.

Vigesimo quarto, mediæ gradus elevationem habuimus, ventoque mediocri processimus ad Borrholybicum, Zephyrum, & Zephyronotum; amænissimâ adspectu, ridentemq; viriditate camporum insulam prætervecti, V Vilhelmi Schouten insulam vocavimus, Nauarchi nostri nomine.

Vigesimo quinto, ingentes terras ad Lybonotum sitas adspeximus, quarum elatæ aliq; humiles aliæ.

Vigesimo sexto, tres iterum apparuere insulæ ad Borrholybicum & Hypocorum.

Vigesimo septimo, viginti novem minutorum altitudo poli erat ad Australe lineæ latus, aliasque ad Caurum terras transijmus.

Vigesimo octavo, & vigesimo nono, varia fuit inconstansque tempestas; Noctu terræ motus, ut allidi subinde navis nostra videretur, unde ingens terror nostris incussus, vadum explorantes non invenimus.

Trigesimo, ingens septem ingressi circumdati undique terra videbamur, diuque ac multum ad reperiendum exitum nequicquam laborantes, rursus ad Septemtrionem fleximus.

Tanta eo die tempestas incubuit, horribili tonitru fulmineque permista, ut concussa navis nostra trepidaret, ac subinde flammis collucere videretur, quod haud mediocri nos terrore percelluit: tandem vehemens densusq; imber ingruit qualem nunquam alias experti sumus.

Pridie Kalendas Augusti conclusi undique terris ad Septemtrionem retro vertimus vela, transimusque secundo ea nocte æquinoctialem lineam : Vespere autem cum haud procul abessemus à terra ad duodecim cubitos anchoras jecimus intra teli jactum ab insula, sed nullos hic omnino mortales deprehendimus.

AUGUSTVS.

Kalendis Augusti, ingenti labore ac molestia anchoras attraximus, rupto unius brachio, quæ sub rupe jacuerat.

Quindecim minutorum erat elevatio, ad Septemtrionale Lineæ latus.

Vespere validus æstus ad terram nos appulit.

Secundo, summa tranquillitate ac malacia stratum erat mare, æstusque ad Zephyrum & Mesocorum nos propulit pluuio cælo.

Tertio, idem erat cursus : post meridiem vidimus scopulum ea longitudine protensum in mare, ut terram aspectui auferret, aliquot locis quadraginta, alijs viginti, quindecim & duodecim cubitorum arenoso vado. Jecimus ad cubitos duodecim quia nox ingruerat.

Eodem die quadraginta quinque minutorum elevatione ad Septemtrionale lineæ latus.

Vidimus hoc loco ingentes balænas atque testudines, collegimusque ex elevatione *Nove Guineæ* hic esse terminum, postquam ducenta & octoginta milliaria juxta littus ipsius profecti essemus.

Conspeximus eodem ipso die alias binas insulas sitas à nobis ad Zephyrum.

Quarto vario atque inconstanti vento ad Libonotum cucurrimus nebuloso cælo plurimum

num pluriæ decidit, tendebat æstus ad Zephyrum.

Vidimus eo die septem Octove insulas.

Quinto, mane tranquillo mari, secundo æstu ad Zephyrum Euronotumque processimus pluvio cælo, ventoque mediocri, sed vario: cum autem is adversus, ingrueret, tendimus ad terram, quam pridie insulas eramus arbitrati: verum cum vadum non reperiremus, expositus ad explorandum lembus ad quadraginta quinque cubitos proxime littus invenit.

Discedenti ad terram lembo primum, deinde tres aliæ liburnicæ occurrerunt, protenso pacis vexillo.

Adferebant Indicas aliquot fabas ac pisa, cum oryza, tubacoque pauxillo, Binas præterea aves, quas paradisi vocant, quarum unam albo flavoque distinctam colore comparavimus.

Hic primum aliquot cum incolis linguæ commercium habuimus, Ternatensia enim aliquot verba miscebant, unusque ipsorum Malejicè noverat quam apprimè callebat Mercator Lari nostræ Andreas Nicolai. Erant præterea qui Hispanicè nonnulla loquebantur, habebantque inter alia galerum Hispanicum.

Pro modulo ipsorum fatis elegans erat vestium ornatus, byssina diversi coloris femoralia nonnulli gestabant, tiaras quidam, quos Turficos afferebant capiti habebant impositos, argenteos aureosque digitis ferebant annulos: nigerimo erant capillitio, coralla à nobis pro mercibus suis accipiebant, verum maluissent linum: ingenti timore ac trepidatione nobiscum versabantur. Rogantibus quo nomine terra ipsorum vocaretur abnuere responsum, unde præter alias conjecturas ad Orientalem *Gilolo* nos par-

Y

tem

tem pervenisse ad medium terræ ramum (ternis enim quasi ramis ad Eurum *Gilolo* excurrit) Tidorensesque esse incolas, & Hispanorum amicos, quemadmodum liquido posteaprehendimus.

Accepto ab Indis hisce com meatu levatis anchoris profecti tertium AEquinoctialem lineam transijimus.

Sexto usque ad decimum octavum superare Borealem insulæ *Gilolo* angulum remis velisque contendimus.

Decimo octavo, strato malacia, tranquilloque mari secundo æstu juxta littus defluximus.

Circa meridiem binæ ad nos accessere Liburnicæ pacis signum protendentes, à pago qui *Soppy* appellatur. Ternatenses erant, aliqui etiam Gammacanorenses, à quibus accepimus Amstelodamensem Larum, quæ *Pavo* dicebatur, tribus ipsis mensibus stetit his locis, ut sese oryza oneraret, unoque aut altero ante mense, Anglicam quoque navem visam.

Ingens in animis nostris gaudium ac voluptas exorta, quod divino favente numine recto huc usque cursu processeramus: erant etiam octoginta quinque in navi nostra sani robustique viri.

Postridie, jactis ante *Soppy* anchoris quievimus, contraximusque cum incolis commercia.

Correcor quidam Ternato advenit à quo certiores facti sumus viginti circiter Batavicas naves eo mari ad Molucas volitare, octoque ad Manilas esse profectas. Mansimus hoc loco usque ad quintum diem Septembris.

SEPTEMBER

SEPTEMBER.

Quinto Septembris quiescentibus nobis ad insulæ *Gilolo* littus piscatum processere quidam è nostris, subitoque Ternatenſes quatuor clypeo, enseque armati profiluere è silva ad nos interficiendos; sed cum tonſor inclamaret *Oran Hollanda* abſtinuere confestim, asperſoque aqua capite in ſignum pacis ajebant ſe Caſtilianos eſſe arbitratos.

Decimo ſeptimo, navem eminus adſpeximus; *Lucifer* erat Rotterodamenſis 150 Laſtarum 26 tormentis inſtructa.

Meridie lembus noſter ab ea navi advenit, in qua tribus omnino noctibus verſatus fuerat.

Inerat Admirallius *Verhaegen*, eratque navis Admirallij *Spilbergen*, de quo ſupra latius.

Eodem vespere ante *Maleiam* anchoras fiximus. Mercator noſter atque Nauarchus cum in terram conſcendiſſent, tam à generali, *Gerardo Reynudt* quam Admirallio *Stephano verhaegen*, & Gubernatore *Ambonenſi Gaſpare Ioannis*, cum univerſo *Indiæ Senatu* grãtanter excepti ſunt.

Decimo octavo, Mercator Nauarchusque noſter diſtractoque utroque lembo, cum quatuor minoribus *Lari* tormentis, plumbi aliquanto, rudentibus anchoris novem alijsque nonnullis, 1350 *Philippeos* acceperere.

Uſque ad vigesimum ſextum eodem loco quievimus.

Vigesimo ſexto, Generali *Laurentio Reali* valediximus, qui nos inſigni humanitate uſque ad ipſa vaves volitantibus vexillis proſequutus eſt.

Binæ erant naves *Lucifer*, quæ in *Motir*, nos, qui in *Bantam* tendebamus.

Vigesimo ſeptimo, *Tidor* tranſimus, *Lucifer*que à nobis in *Motir* diſceſſit.

Y ij

Vigesimo

Vigesimo octavo, quartum æquinoctialem lineam transijmus.

OCTOBER.

Secundo Octobris *Logella Combella* transijmus, usque ad decimum sextum, transitis interea multis insulis.

Decimo sexto venimus *Iaparam* quievimusque statione, in qua Hollandiam, Amstelodamensem, quæ ad vehendam in Ternatenses oryzam expectabat, reperimus.

Magna imprimis est in *Iapara* annonæ vilitas ac copia.

Vigesimo tertio inde processimus: Vigesimo octavo autem *Iacatram* accessimus, ubi tres Hollandicas naves, Hornam scilicet, Aquilam & Fidem, cum totidem Anglicis invenimus.

Postera nocte sociorum unus obiit, primus omnium qui magna navi *Concordia* è patria venerant: duo præterea alij interierant, Ioannes videlicet Cornelij Schouten, Nauarchi nostri frater, aliusque quidam quos *Larus* vexerat: ita ut ex utraque navi tres modo tanto itinere obierint, octoginta quatuor sanis ac robustis.

Trigesimo primo, ante *Iacatram* navis *Bantam* accessit, qua *Bantensis Præses Indicæ Societatis* nomine vehebatur *Ioannis Petri Coenen*, *Hornensis*.

NOVEMBER.

Kal. Novemb. Accitum Nauarchum nostrum præses, *Indicæ Societatis* auctoritate iussit navem suam cum omnibus bonis in potestatem suam tradere. Accidit hoc die Lunæ primo Novemb. computatione nostra, die Martis vero, secundoque eiusdem, supputatione popularium: causa diversitatis

diversitatis hujus hæc erat , quia ad Zephyrum, ex patria nostra profecti semel cum Sole circumieramus horizonté, atque ideo noctem unam minus habueramus: illi vero ad Eurum, atque ideo de nocte in noctem processerant. Deserta itaque tum numeratione nostra cum ijs in posterum supputare cepimus , factoque à die lunæ ad diem mercûrij saltu , remansit itaque hic navis nostra, mercatorque noster cum Iacobo le Maire & VVilhelmo Cornelij Schouten socijsque decem Admirallium Spilbergen ad patriam comitati sunt. Reliquis ad societatis obsequium in India remanentibus.

Quomodo autem pervenerimus in Patriam ex fine diarij Georgij Spilbergen amice lector intelliges. Vive ac Vale.

F . I N I S .



BREVIS NAVAR-

CHORVM NARRATIO QVI

TOTVM TERRARVM ORBEM CIRCVM-
navigaverunt.

Et primum quidem.

ANNO 1519. Ferdinandus Magellanicus 5 navibus instructus detegendis novis insulis solvit, fretumque Magellanicam anno 1520, mense Novembri prætervectus, 28 dierum spatio totum orbem circumivit.

Anno 1577. Franciscus Draco ex Pleydmuyia 5 navibus solvit, ut Magellanicum fretum trajiceret: sed non sine multis molestijs, quæ prius fuerunt exantlandæ, transnavigavit itaque dictum fretum anno 1578. Mense Septembri, & post tres annos cum instructissima rerum omnium navi in Angliam reversus.

Anno 1586. Thomas Kandis ex Pleydmuyia vela fecit 3, navibus, 22. Julij transmeavitque Magellanicum fretum anno 1587. Mense Febuario, spatio 48 dierum, pervenitque in Chilensium mare atque anno 1588, mense Septembri in Angliam appulit.

Anno 1598. Mense Junio Iacomo Machu 5 navibus Rotterodamo solvit, versus Magellanicum fretum, idemque transnavigavit, post 5 mensum in illo moram.

Anno

Anno 1598. Mense Julio Olivarius à Noort Rotterdamo 4 navibus solvit versus Magellanicum fretum, illudque anno 1599. Mense Februario 3 mensium & 5 dierum spatio emensus est, Admiralliumque suum certis de causis in terram statuit, ingentique labore anno 1601. Mense Augusto unâ navi, lignea instructa anchora Rotterdamum appulit.

Anno 1614. Mense Augusto, Georgius à Spilbergen 6 navibus Megallanicum fretum versus direxit vela, atque anno 1615, mense Majo, 34 dierum spatio illud seperavit, & secundo prælio 6 navibus fretum Manilense emensus est, atque ita in Indiam delatus, ubi 4 naves commerciorum causa reliquit, ipse duabus onuitis patriam repetijt.

Anno 1615 Jacobus le Maire 2 navibus solvit, atque Austrum versus invento novo transitu usque ad Australe mare, anno 1616 ad molucas venit, de quo supra plura legere est.

Horum nomina, ut immortalitati donarentur, ad junximus.



The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that every entry should be clearly documented, including the date, amount, and purpose of the transaction. This ensures transparency and allows for easy reconciliation of accounts.

In the second section, the author provides a detailed breakdown of the monthly expenses. These include rent, utilities, groceries, and transportation. Each category is carefully tracked, and the total monthly outlay is calculated. This helps in understanding the overall financial picture and identifying areas where costs can be reduced.

The third section focuses on income sources and how they are allocated. It details the monthly income from various sources and how it is divided between savings, debt payments, and living expenses. This part is crucial for ensuring that all financial obligations are met and that there is a consistent surplus for savings.

Finally, the document concludes with a summary of the financial goals for the upcoming period. It outlines the target savings rate and the overall budget for the year. The author expresses confidence in the current financial plan and the ability to stay on track with the established goals.

